ter.§.ꝙ̄ marcellus ⁊.§.ſi vxor. ⁊.l.ſi ſponſus in prin. ¶ Si er
go nihil queritur ſempronio creditori ꝯ̄ñter nihil diminuitur
de iur̄ pertinente ad eccleſiam que mandauit tāꝗ̄ ſub conditio
ne videat̄ ab eccleſia liberari.ſ.ſi ius obligationis querat̄ ſem
pronio cui eccleſia ſolui iuſſit ſicut cū debitum puꝝ animo no
uandi qs ſtipulat̄ ſub cōdictione: nā ita demū tollit̄ oblio pri
ma ſi in ſecunda effectū hēat. Ita ꝙ ſecūda effectū ꝓpriū non
habente remanet ꝑma: vt inſti.q.mo.tol.obli.§.ꝙ̄ aūt diximus.
⁊.ff.de noua.l.nouatio. ⁊.l.ſi ſtichus.§.legata ⁊.l.quōt. ⁊ de vi
⁊ vi.ar.l.cuꝫ fundiqꝫ ⁊ de acqr.poſ.l.ſi me in vacuā. ¶ Et ad
huius ꝯfirmationē accedit ꝙ leges argumentent̄ de corporali
bus ad incorpalia: ⁊ e ꝯ̄ cum de ipſis querendis ⁊ admittendis
tractat̄: vt pz.ff.de acq.poſ.l.qui iur̄ ⁊ ꝺ reg.iu.l.ſeie qbuſcūqꝫ:
Sed lege cauet̄ ꝙ ſi tradidi alicui nō ꝓcuratori abſñtis reꝫ ali
quā corporalem ꝑferendā ad ipm abſñtē nō querit̄ abſñti dñiū
anteꝗ̄ ei detur licꝫ abſñtis ꝯtemplatione tradat̄ vt ꝓbat̄.ff.de
acq.re.do.l.ſi epľam in prin. ⁊ ꝺ furtis.l.eū q.§.ſi epľa ⁊ ꝺ do.
l.ſi tibi dederim ergo ⁊ ſi mādo tibi ꝙ abſñti ſoluas abſñti non
querit̄ oblio ⁊ ꝯ̄ñter remanes mihi mādati efficaciter obligat⁹
rōne defectus tacite ꝯdictionis que ineſt vt dem̄ ē.ſ. ¶ Item
ꝓ hoc facit.ff.ꝺ do.l.q abſñti vbi dr̄ ꝙ ſi dono rē abſñti ⁊ trado
alicui vt ꝑferat abſenti nō ante fit eius ꝗ̄ miſſā ſibi acceperit.
¶ Item cōiter ſentiunt gloſatores ꝙ ſi vendo vel dono rem
abſenti cuius ꝓcurator vel geſtor pñs non erat Sꝫ poſtea cū
relatum eſt abſenti abſñs dicat ſe nolle hr̄e emptū vel donatuꝫ
emptio vel donatio nullū effectum hꝫ: vt no.C.de ſac.ſan.ec.l.
illud ⁊.ff.de actio. ⁊ ob.l.cōſenſu. ¶ Sic ergo ⁊ in propoſito cū
eccleſia iuſſerit abſente creditore ꝙ ſolueretur creditori ꝑ debi

torem eccl'e confitentem ⁊ iuſſum recipientem nullum ius que ri potuit creditori abſnti lꝫ cum in eius noticiam peruenerit ratum habuerit. ar. ff. de confeſ. l. certum. §. ſi quis abſnte. ⁊ de in terro. ac. l. fi. ¶ Item ad premiſſa eſt prima facie validuꝫ. arg. ff. de le. iij. l. cum quis decedens. §. i. vbi ille cui teſtõr onus ſolutõis mandauerat mandauit lr̃as ad eum cui erat ſolõ faciẽda in quibus continebat̃ ſe facturum ſolõnem ſm voluntatẽ epiſtole miſſe. ⁊ tñ qꝛ teſtõr mutauit voluntatem dcã epl'a nulluꝫ habuit effectum. Multo ergo fortius in qõne premiſſa ſcriptura libri rõnum que non fuit a ſcribẽte miſſa nullum hꝫ effectũ eccl'a que fieri ſolõnem mandauit iuſſum reuocante. ⁊ ideo nec erit ticius obligatus ſempronio nec ꝯ eccl'iam poterit ſe tueri. ¶ Econtra vr̃ ꝙ ticius ſit ſempronio obligatus ⁊ eccl'a liberata ⁊ ꝙ ticius poſſit ꝯ eccl'am ſe tueri. Et hoc eo ipſo qꝺ Sẽpronius ratum habuit quod fcm̃ erat ab eccl'a debitrice vr̃ eccl'am liberaſſe ⁊ ticium ſibi obligaſſe ⁊ dicta rati habitio ⁊ effect' ei' procedit ẽt ꝯdicente eccl'a que iuſſit pecuniam ſolui. vt. ff. ꝺ nego. ge. l. ſi ego. ¶ Preterea cum hẽat Sempronius actionem ex ratihabitione ſua. ⁊ ſic ex fcõ ſuo. ſeqtur ꝙ poſſit ei ſolui ẽt inuita eccl'a qꝛ mandauit. vt pꝫ. ff. de ſol. l. fi. in prin. ¶ Preterea ꝯſtõ oblõnis ⁊ ſolõ paria reputant̃ quo ad quedam. ⁊ maxime quo ad illud de quo in propoſito queritur. vt. ff. de do. l. hoc iure. §. ſi quis dederit coniuncto primo ⁊ vltimo caſu. §. ⁊ l. ſi pſonus. §. de illo. ¶ Sed ſolõne fcã a debitore mãdato creditoris pn̄a creditoris non facit reſuſcitari oblõnem p ſolutõnem extinctam. vt. ff. ꝺ ſo. l. quod ſeruus. ⁊ l. ſi ſeruus. ⁊ l. ſi qs ſeruo. ⁊ l. cum quis. §. ſi debitorem. ¶ Ergo nec oblõnem cõtractam per ratihabitõem extinguit. ¶ In qõne predicta vr̃ dñis Alberto: dño Odofredo legum doctoribus ꝙ dictus ticius ſit obligatus Sempronio ⁊ eccl'a liberata. ⁊ ꝙ tici' poſſit ꝯ eccl'am ſe tueri. maxime per. d. l. ſi ego. ff. de neg. ge. ⁊ ad contraria oĩa facile rñderũt. Et ita dico ⁊ conſulo ego Dynus ꝺ mucello iuris vtriuſqꝫ doc.

Conſi. xviij.

# N christi nomine amen

i Queſtio talis eſt. Quidam nomine. F. iuit ad partes Anglie. ⁊ ibi ſtando ꝯhebat ⁊ mercantiliter publice iſto modo: vꝫ Federic' ciuis ⁊ mercator lucanus pro ſe ⁊ ſocijs ⁊ ſocietate mercatoꝝ de Luca. ⁊c. Et hoc fecit pluribus annis. Poſtea dicti ſocij qui Luce erãt pro ſeipſis ⁊ dicta ſocietate fecerunt dcm̃. F. ⁊ alium ⁊ quẽlibꝫ eorum inſolidum ꝓcuratores generales. vt per inſtr̃m pꝫ ĩ quo inſtr̃o procuratores aſſeruerunt dcm̃. F. eſſe eoꝝ ſociuꝫ ⁊ dicte ſocietatis procuratorem. ¶ Poſt predictum inſtr̃m procure per tres menſes. d. F. ꝯrit cum Iacobo pro ſe ⁊ vice ⁊ noĩe ſocietatꝫ. ⁊c. ¶ Poſt predicta iſte Iacobus creditor q ꝯrit ſic cum. d. F. petijt illud debitum a predictis ſocijs de ſocietate p̃dicta qui conſtituerunt illum. F. procuratorem. ⁊ petitum fuit a iudice ꝙ cogeret notarium qui illud inſtr̃m confecerat dare copiam inſtr̃i. d. Iacobo: qꝛ ad probatõem ſui crediti faciebat: iſte notarius ⁊ illi qui procuratores ꝯſtituerũt ſe oppoſuerũt dicentes illum Iacobum non debere habere copiam ⁊ ſententiatum fuit notarium debere dare copiam ⁊ non obſtante oppoſitione partis aduerſe. habita copia inſiſtit iſte Iacob' ⁊ petit ſibi reddi creditum ſuum. ¶ Opp. per partem illoꝝ cõſtituentium ꝙ ex ꝯctu predicto non tenent̃ nec ſunt obligati. qꝛ. d. F. in ꝯhendo cum. d. Ia. non dicit procuratorio nomine. lꝫ dixerit vice ⁊ noĩe. ⁊c. ¶ Et fortificant eoꝝ oppoſitões dicentes ꝙ. d. F. erat in ptibus anglie cum Luce fuit factus ꝓcurator: nec appet ꝙ tp̃e p̃dicti ꝯctus ſciuerit ſe facturum procuratoreꝫ vñ non vr̃ vt procurator ꝯtriſſe. ar. l. ff. de procur. l. ij. Ibi ⁊ is ratum habuit. ⁊c. ⁊ ar. ff. ꝺ eo qui pro tutore. l. quero. ⁊ ar. ff. fami. her. l. qui erat circa fi. ver. ⁊ ideo. ⁊ ar. ff. ſi cer. pe. l. eius qui in prouincia. in quibus iuribus dr̃ ꝙ dꝫ ſcire conditioneꝫ ſue perſone. ⁊ vtrum fuerit procurator ⁊ vtrũ fuerit tutor: ⁊ vtruꝫ fuerit hr̃s. Anteꝙ̃ procedatur vlterius eſt opus rñdere ad. ll. p̃alle. que per partem aduerſam prima facie valde probabiliter allegantur: ⁊ pertinere videntur ad determinatõem queſtiõis propoſite. ¶ Unde dico ꝙ ſi recte ꝯſiderentur non faciunt ad propoſitum niſi pp allegantium auctoritatem: qꝛ multũ refert vtrum tractetur de preiudicio illius qui dr̃ ignoraſſe: qꝛ tũc ſi nihil ſibi imputari põt ignorantia eſt probabilis: que vera vel preſumpta eum in totum excuſat: ⁊ ita loquuntur omnes leges preallegate. ⁊. ff. de admi. tu. l. hoc aũt. ⁊ de proba. l. veri' ⁊ de acqui. here. l. ſi is ad quem. ⁊ l. nec is. §. i. ⁊ de tab. l. generali. ⁊ qui mili. non po. l. ſi ſeruus: an vero tractetur ꝺ preiudicio illius quem conſtat ſciuiſſe: vel ſi ignorauit põt ſibi imputari ꝙ ignorauerit: qꝛ tunc non excuſatur: imo veritas opinioni ꝯtria opinioni p̃fertur ẽt ſi de diminutõe bonorum aliquid opinantis ꝯtrium tractetur: vt pꝫ. ff. de iur. ⁊ fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. ⁊ de manu. vindic. l. ſi pater. §. quot̃. ⁊ ar. inſti. de lega. §. ſi quis rem. ⁊ pro emptore. l. ij. §. ſi ſub conditõne. ⁊ ibi no. ¶ Cum ergo in propoſito non tractetur de preiudicio ꝓcuratoris qui dr̃ ignoraſſe ſed de preiudicio dñorum q procuratorem conſtituiſſe dicuntur ⁊ quos ꝯſtat non ignoraſſe: ſed ſciuiſſe: qꝛ in facto proprio nõ eſt tollerabilis ignorantia: vt. l. ꝙꝙ̃ ad vell'. ff. fruſtra de ignorantia allegatur aliquid. his ergo remotis oſtendi põt predictum. F. ꝓcuratorio nomĩe contraxiſſe ⁊ ꝯſiter predictos conſtituentes procuratorem efficaciter obligaſſe. ¶ Certum eſt enim ꝙ vbicunqꝫ gereres officium alterius nomine in rem ipſius cuius officium gerit ſe obligat vr̃ rõne officij qꝺ ſuſcepit ſe obligare etiã ſi ĩ forma obligationis de his nihil exprimatur vt probatur. ff. vt lege no. ca. l. fi. ⁊ no. in. l. poſt mortem co. ti. §. tutor. In glo. que incipit promiſit enim tutorio nomine. ⁊c. ⁊ de nego. geſt. l. nõ ſcimus §. ex contrario. ¶ Cum ergo predictus. F. cõtraxerit cũ p̃dicto Iacobo vice ⁊ nomine ſocietatis. vt p inſtrumẽtum debiti maniſeſte apparet ſequit̃ ꝙ videtur ꝓcuratorio noĩe cõtraxiſſe ⁊ p̃dictos cõſtituentes procurator obligaſſe. ¶ Preterea illud ĩ dubio ẽ p̃ſumendum ꝙ efficacius de iure licebat arg. ff. pro ſocio. l. merito ⁊ de ſeruo corrupto. l. ſi quis ſeruum cõem ⁊ de iniur̃. l. item apud. §. ſi cõem ⁊ de furt. l. qui cum creditor. ¶ Cuꝫ ergo predictus. F. cõtraxerit vice ⁊ nomine ſocietatis ⁊c. vt in inſtrumento cõtinetur preſumendũ eſt eo iure contraxiſſe quo potuerit p̃dictos ſocios melius ⁊ efficacius obligare. qꝛ quotieſcũqꝫ verba ita proferunt̃ ꝙ trahi poſſunt ad varios intellect' ille intellectus aſſũmi dꝫ in re de qua agatur q pleniorem p̃het officium vt. ff. de rebus dubijs. l. quot̃. ⁊ l. vbi ⁊ de vbo. oblig. l. quot̃ in ſtipulationibus. Sed in qõne de qua agitur efficacius valet cõtractus ſi dicatur ⁊ preſumatur. F. predictũ procuratorio nomine ꝯtriſſe pro his q eum ꝓcuratoreꝫ conſtituerunt: ⁊ ideo in dubio preſumendum ꝙ procuratorio noĩe p cõſtituentibus procura. cõtraxerit. ¶ Preterea in eo qui cõtraxit contemplatione alteri' hoc ſolũ requiri vr̃ ꝙ contraxerit in eã cãꝫ ad quã fuerat poſitus: ⁊ tunc cõtraxiſſe vr̃ creditor cõtemplatõne p̃ponentis: ⁊ ideo preponẽtem efficaciter obligat: vt notari ſolet. ff. de admi. tu. l. tutores q poſt. §. aduerſus: ⁊. C. qꝺ cũ eo. l. ei qui: ⁊ ſi certum petatur. l. ſi in rem ⁊ nota. ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. i. Cum ergo appareat contrahentes cum p̃dicto. F. ꝯtraxiſſe cõtemplatione illorum qui eũdem procuratorẽ cõſtituerũt: ſequitur ꝙ ipſi cõſtituentes ſunt obligati. ¶ Preterea mandatum precedere ⁊ ratihabitioneꝫ ſequi paria ſunt: vt. ff. de regu. iur. l. hoc iure. §. i. ⁊. C. ad mace. l. fi. ⁊. ff. eo. l. ſi filius: ſed eo caſu quo habitio rati ſeqtur: conſtat eum q ratum hꝫ inſolidum teneri: vt. ff. qꝺ cum eo. l. ei qui in fi. Cum ergo p inſtr̃m ꝓcuratoris conſtet de mãdato p̃dictorum qui procuratoreꝫ cõſtituerunt: ſequitur ꝙ ipſi cõſtituentes inſolidũ teneant̃ ⁊ inſolidum debeant cõdemnari ſm formam inſtrumẽti debiti a p̃dicto. F. procuratore contracti. ¶ Preterea aliquis nõ poteſt allegare illud non factum qꝺ cõſtat eum feciſſe: vt. ff. de adop. l. poſt mortem ⁊ de ſerui. ru. predio. l. per fundũ ⁊ de reuo. do. l. cum cõfitearis ⁊ l. velles ⁊ de ſeruo. pig. da. l. ſi creditorib' ⁊. ff. de opti. leg. l. ſi cum optio: Ergo incõueniens ẽ ⁊ iuri abſonuꝫ ꝙ predicti procuratores cõſtituentes allegent eũ queꝫ cõſtat ꝓcuratorem p eos conſtitutum procuratorem non eſſe. ¶ Preterea cõſtat ꝙ predicti domini procuratorẽ conſtituentes recognouerunt dictum. F. tanꝙ̃ procuratorem mãdato precedente cõtraxiſſe in contractu quem cõſtat celebratuꝫ fuiſſe p aliquos dies anteꝙ̃ eſſet celebratus contractus de quo agitur in p̃nti: ergo non videt̃ admittenda allegatio ipſoꝝ q̃ modo ꝓponitur in contrarium: qꝛ cũ cõſtat quem ſemel voluiſſe ⁊ dilucide ꝓteſtatũ fuiſſe: non poteſt ex penitẽtia reuocare. vt. ff. ꝺ do. l. quidã ⁊. C. de non nume. pec. l. generaliter: ⁊ lꝫ actum fuerit iter quoſdam nihilominus p̃iudicare dꝫ quo ad oẽs: qꝛ per illaꝫ recognitionem cõſtat de voluntate mãdantium que ſola requiritur in conſtõne procuratoris: vt inſti. de ob. ex conſenſu ⁊. ff. de act. ⁊ ob. l. cõſenſu: ſicut etiam dici ſolet in eo q ſe confitet̃ heredeꝫ ad poſtulationem vnius: qꝛ lꝫ non ſibi preiudicet quo ad alios ex vigore confeſſionis p̃iudicat tñ ex vigore voluntatis p ꝯfeſſio

nem: declarateq̄ue voluntas ſola in hereditatis aditōne requiri
tur: vt. ff. de acqui. here. l. cum bonis. ⁊ l. gerit ꝓ herede. ⁊ nota
ri ſolet. ff. de interro. ac. l. ſi preterea. ¶ Aut predict⁹ ſe ſciebat
procuratorem cum vere eſſet: ⁊ tunc q̄ id qḋ in veritate eſt fir
mius facit valere ꝯtum q̄ id quod eſt in opinione: dicendum
eſt ꝙ veritas opinioni preferatur. i. tanq̄ procurator ꝯtraxiſſe vi
deatur: ⁊ ad hoc bonum eſt argumentum. ff. de acq. here. l. qui
ſe pupillum: ⁊ l. qḋ ſi dubitet. ⁊ l. ſed ⁊ ſi. §. de ſua. ¶ Et ita di
co ⁊ conſulo ego Dynus de mucello iuris vtriuſq; doctor.

Conſi. xix.

## N chriſti nomine amen

Tholomeus manentis ciuis ſenenſis de populo
ſancti Peregrini emancipauit manētuccium:
cum haberēt diſcordiam de bonis ⁊ rebus com
promiſerunt de illa ⁊ omnibus ⁊ ſingulis litibus que int̄ eos
eſſent vel eſſe poſſent quocunq; vel ex quacunq; cauſa ⁊ plenū
compromiſſum fecerunt in fratrem Laurentium de ordīe he
remitarum tanq̄ in arbitrum ⁊ arbitratorem ⁊ amicabilem
compoſitorem ⁊ promiſerunt ſtare eius laudo ⁊ nō petere ꝙ
corrigatur ⁊ reducatur ad arbitrium boni viri: nec dicet̄ nul
lum vel iniquum ſub certa pena in compromiſſo contēta: vt ꝯ
tinetur in publico inſtr̄o fcō manu Guil. magiſtri Johānis
notarij. ¶ Inſup dn̄s. M. Ormagij ꝓmiſit ⁊ ꝯuenit Bindu
cio cionis medagle ſe facturum ⁊ curaturum ꝙ quicquid lau
datū ⁊ arbitratum fuerit per predictum arbitrum ⁊ arbitra
torē dictus Manētucius habebit ratum ⁊ firmum ⁊ non op
ponere de iniquitate vel nullitate dicti Laudi ⁊ ꝙ non petet il
lud reduci ad arbitriū boni viri. ¶ Et verſa vice dictus Bin
duccius promiſit dicto domino Meo ſe facturum ⁊ curatu
rum: Ita quod dictus Tholomeus dictum Laudum ratum
habebit ⁊ firmum ⁊ non opponet de iniquitate vel nullitate:
vel quod reducatur ad arbitrium boni viri ſub certa ⁊ magna
pena: vt continetur in illo inſtrumento facto manu dicti Gui
lielmi notarij. q Tholomeus ⁊ Manentuccius poſt dictum
cōpromiſſum ⁊ ante latum Laudū ratificauerunt ex nūc Lau
dum ferendum p dictum arbitrū ⁊ arbitratorē ⁊ promiſerūt
non contrafacere vel venire: vt continetur in alio inſtrumento
facto manu Guil. eiuſdem. ¶ Poſt hec dictus arbiter ⁊ arbi
trator Laudum tulit publicatū manu dicti notarij: dictus aūt
Manētucius requiſiuit dictum Tholomeum patrem ſuum ꝙ
dictum Laudū ſeruaret dicēs ſe paratum eſſe ipſum ſeruare:
q Tholomeus nolens Laudo parere obtulit petitionem ſuam
coram iudice poteſtatis ſen̄. Et dixit dictum Laudū iniquum
⁊ petijt illud corrigi ⁊ reduci ad arbitriū boni viri. ¶ Si autē
nullum eſſet: petijt ꝓnunciari nullū: vt in ſuo libello continet̄.
Super quo libello lis cōteſtata eſt ⁊ iuratū de calūnia: ⁊ termi
nus eſt datus dicto Tholomeo ad probandū de iniquitate ⁊
nullitate ſm formā ſtatuti cōis Senarum vt videbitur. Dict⁹
autem dn̄s Meus poſt predicta requiſiuit dictum Binducciū
ꝙ ita faceret ⁊ curaret ꝙ dictus Tholomeus dictum Laudū
ſeruaret: vt ꝯtinetur in publico inſtrumento facto manu talis
notarij qḋ non fecit neq; fieri fecit dictus Binduccius. ¶ Ex
predicto themate querunt̄ plura. ¶ Primo ſi dictus Tholo
meus petere pōt ꝙ dictum Laudū corrigatur ⁊ reducatur ad
arbitrium boni viri predicto pacto non obſtante. ¶ Secundo
poſito ſine preiudicio ꝙ poſſit cui incumbit onus probandi
equum ⁊ iniquū vel nullum. ¶ Tertio an dictus Tholomeus
inciderit in penā non ſeruādo dictum Laudū petitionē dādo
⁊ ſup ea litem cōteſtando. ¶ Quarto an dicta ratificatio facta
anteq̄ dictum Laudū feratur obſtet dicto Tholomeo vel non
ita ꝙ eum ſuccūbere faciat vel non in cauſa quā inchoauit.
¶ Quinto an dictus Binduc. inciderit dicto domino Meo
ormagij in penā quā promiſit ex eo ꝙ dictus Tholomeus dcm̄
Laudū non ſeruauit ſed litem cōteſtatus eſt: vt. s. dicitur. Et
an dictus dominus. M. ab eo petere poſſit dictam penam.
¶ Super primo capitulo videt̄ primo dicēdum ꝙ dict⁹ Tho
lomeus petere poſſit ꝙ dictum Laudū corrigatur ⁊ reducatur
ad arbitrium boni viri dicto pacto non obſtante. ¶ Primo
q̄ pacta quoꝝ occaſione vel pretextu quis inuitaret̄ ad delinquē
dum non tenēt: vt in. l. cōuenire: ⁊ in. l. pōponius. ff. de pac. do
ta. ⁊ de verboꝝ obliga. l. ſi plagij: ſed p tale pactū poteſt arbitra
tor facile moueri ad delinquēdum ſiue ad male pronunciādū
⁊ propterea non videtur pactū valere. ¶ Preterea vbicūq; ꝓ

mittitur aliquid non fieri ⁊ pena ſi contrafiat: tacite videt̄ agi
ꝙ pena cōmittatur ſi obſeruent̄ quo de iure ſeruari debēt hic
inde ⁊ ꝙ non ſit cōmittēda ſi ea non ſeruent̄ que debuerunt de
iure ſeruari: vt. l. quero. ff. loca. §. inter: ſed cū actum videatur ꝙ
arbitrator de iure ꝓnunciaret: ſi n̄ de iure: ſꝫ inique ꝓnūciauit
vr̄ dicendū penā nō debē cōmitti. ¶ Preterea ſi ꝓmitto filiū
n̄ exhedar̄ ⁊ ꝓmitto penā ſi exhēdauero: tacite vr̄ ieſſe ꝯdictio
ꝙ pena nō cōmittatur ſi exheredari meruit: vt in. l. quidā cū
filium in. v. Sed videmus in glo. ibi poſita. ff. de verboꝝ oblig.
Ergo ſi petam reduci ad arbitrium boni viri illud qḋ eſt iniu
ſte pronunciatum: non incidā in penā: ſicut ibi nō incido ī pe
nā exhēdādo eū q exheredari meruit. ¶ Preterea pactū q [illegible]
reducat̄ ad arbitriū boni viri a iure [illegible]
cōi reduci poſſit ⁊ debuit ſi iniqtatē ꝯtineat: vt. l. vn̄ ⁊ l. qd enī.
ff. pro ſocio ⁊ de ꝯhē. emp. l. hec venditio: ſi remotū: ergo nō vr̄
tenere vt in. l. iur. gentiū. §. ⁊ generalit̄ ſm ſniaꝫ ⁊ expoſitionē
q̄ veritatē ꝯtinere vr̄. ¶ Preterea publica vtilitate ſuadēte vr̄ i
ductum ꝙ iniq̄ arbitramēta p boni viri arbitriū corrigant̄: er
go pactum ꝙ non corrigātur non vr̄ tenere. ar. ff. de admi. tu.
l. quidam decedēs. ⁊ de ſuis ⁊ legi. l. fi. ⁊ de reg. iur. l. neq; pign⁹
§. priuatoꝝ conuentio. ⁊ ad. l. fal. l. i. §. i. ¶ Preterea leges nō
concedunt iniquum arbitramentum habere effectum: qḋ patꝫ
q̄ parant viam per quam iniquitas remoueatur: vt in. l. arbi
troꝝ. C. de arb. in glo. ita demū ⁊. ff. eodē: in. l. ſi ſocietatē. §. arbi
troꝝ. ff. p ſocio. ¶ Si ergo pactum fiat ꝙ valeat vr̄ pactū ꝯ le
ges ⁊ ꝓpea nō valere: vt. l. nō dubiū. C. de legibus. ¶ Si enim
in vultima voluntate q̄ maioris eſt auctis q̄ ꝯtus caueri non
pōt ne leges locū hēant: vt. l. nemo. ff. de lega. ꝑmo: multominꝰ
caueri poterit in ꝯtibus. ¶ Preterea cuiuſꝫ arbitri libertas
quātūcūq; generalis ⁊ lāga ad illō reſtringit̄ ⁊ limitari vr̄ qḋ
de iure cōi licꝫ vt. l. ſi ꝓcurator de ꝯdi. indebi. ⁊ l. ſi pater filio.
ff. q̄ i frau. cre. ⁊ ad muīc. l. luti⁹. §. pe. ⁊ C. de nūm. nō ꝯtinua.
l. i. §. p ifāte. Aū nemo dicet ꝓmiſſū videri ꝙ iniqꝫ ꝓnuntiet.
¶ Econtra vr̄ ꝙ pactū īpediat quo min⁹ laudū corrigat̄ vel
reducat̄ ad arbitriū bōi viri etiā ſi iniqꝫ fuerit ꝓlatū q̄. l. caue
tur ꝙ ſi pr̄ dederit filiū ī adoptionē ⁊ ſtipulat⁹ fuerit penam a
pr̄e adoptiuo ſi eū exheredari ꝯtigat ꝙ pena ꝓmiſſa hēt effectū
etiā ſi exheredari meruerit qḋ pꝫ q̄ exheredato victo ī q̄rela ni
hilomin⁹ vēdicat ſibi locū petitio pene: vt de v. ob. l. qdā cū fi. in
v. quo tn̄ caſu ⁊c. ¶ Ergo ⁊ ſi laudū meruit reduci ad arbitriū
bōi viri q̄ forte iniquū erat: cadere dꝫ cū effcū ī penā. ¶ Pre
terea renūtiatio generalis illō operat̄ ac ſi ſingula exp̄merētur
q̄bus erat noīatim renūciādū: vt. C. de q̄dri. p̄ſcrip. l. ij. ⁊ de pre
ſcriptione. xxx. annoꝝ. l. oēs ⁊ de admi. tu. l. ſi duo ⁊ de leg. iij.
l. ſi corpus. ¶ Cū ergo renūciatū fuerit oī iuri ⁊ legū auxilio
ꝑinde dꝫ hr̄i ac ſi noīatim renūciatū foret iudicis officio ⁊ con
ditiōi ex. l. p que petitio peti pōt ꝙ laudū viri boni arbitrio cor
rigat̄. ¶ Preterea ī renūciādo q̄dā fuerūt noīatim expreſſa ⁊
ꝯſequent̄ cl̄a generalis ſubiecta vt ex v̄bis cōpromiſſi apparet
⁊ ideo renūciatio effcm̄ dꝫ hr̄e in omnib⁹ vt ī auc. vt ſine ꝓhi.
ma. §. preterea igitur. ⁊ C. quando mulier tu. of. fun. poteſt. l. fi.
⁊ no. ff. ſi quis cauti. l. licet ⁊ ſi quis. §. queſitū. ¶ Preterea po
ſito ꝙ laudū ꝯ ius iniq̄ ⁊ doloſe prolatū eēt nihilomin⁹ pactio
de ſtādo laudo ⁊ ꝓmiſſio pene ſi nō ſtet̄: effcm̄ hr̄e debēt: q̄ fu
turo dolo tacite renuntiari potuit: qḋ vr̄ fcm̄ hoc ipo ꝙ ꝯuenit
ꝙ nō reducat̄ ad arbitriū boni viri: vt. ff. de pac. l. iur. gē. §. ſꝫ ⁊
ſi quis ⁊. l. ſi vnus. §. illō. eo. t. ¶ Preterea reductio ad arbitri
um boni viri eſt q̄dam ſpēs appellādi: vt colligit̄ ex. l. nō diſtin
guemus. §. cū qdā. ff. de arb. ſꝫ iuri appellādi pōt renūtiari per
pactū: vt de tēp. ap. l. fi. §. illō ⁊. ff. a q̄bus app. nō li. l. i. §. ſi quis
ꝓfeſſus: ergo ⁊ reductiōi ad arbitriū boni viri. ¶ Mihi autē
Dy. de Mucello vr̄ ꝙ ſi p reductionē appꝫ inique ꝓlatū eſſe ꝙ
tūc pena cū effectu n̄ ꝯmittat̄ ſed ſi appet iuſte ꝓlatū eſſe tunc
pena cum effectu cōmittitur ⁊ ſic ex p̄io ſcō declarabit̄ vtrū
pene ꝯmiſſio procedat cū effectu vel nō. ¶ Sup ſcḋo capitulo
videtur p̄ma facie ꝙ cū vterq; affirmet vnus dicendo equū al
ter dicendo iniquum vel nullum: qḋ vtriq; incumbat onus ꝓ
bandi ſm regulam generalem que traditur in. l. actor. C. de pro
ba. ⁊ in. l. ei qui. ff. eo. cum ſi. ¶ Mihi vr̄ dicendum ꝙ ille q dic̄
iniquum vel non legitime prolatum neceſſe hꝫ probare. ar. C. de
iure haſte fiſ. l. i. li. x. Et q̄ qui dicit aliqd non legitime fcm̄ ꝓ
bare pꝫ illud deeſſe cuius defectus reddit inutile illud de quo
agitur: vt. ff. de proba. l. ab ea parte: ⁊ q̄ ꝓſumendū eſt iuris ſo
lēnitates cū ſint intrinſece adeſſe potius q̄ abeſſe: vt in. l. ſcien
dū ⁊ l. ticia. §. idem rn̄. ⁊ de verbo. ob. ⁊ de pactis. l. iur. gen. §.
qḋ ferre ⁊ inſti. de inutili. ſtipu. §. qḋ ſcriptū ⁊ de fideiuſſo. §.

fi. ¶ Super tertio capitulo vꝫ mihi dicendum ꝙ dictam peti
tionem dādo ⁊ ſup ea litē conteſtando inciderit in penā in cō
promiſſo cōtentam: q: ꝯpromiſſuꝫ eſt quedam ſpēs tranſac.vt
no.in aut.vt diffe.iudi.l.ſi vero contingerit; ſed certuꝫ eſt ꝙ is
venit cōtra tranſactionem iudicem interpellādo vel non obſer
uando ꝓmiſſa ⁊ multo fortius litē conteſtando: vt.C.de tran
ſac.l.ſi quis maior ⁊.j.no. Ergo ⁊ ſi veniat contra laudū qḋ
originem ſumpſit ex cōpromiſſo incidit cū effectu in penā in
cōpromiſſo ꝯtentā ꝓpterea filius ſiue Manetuccius ſupraſcri
ptus emācipatus non eſt dubium ꝙ agere poterit ꝯ patrem ⁊
petere penam venia tn̄ petita: vt.C.de in ius voca.l.fi. ⁊ no.ff.
de iudi.l.lis nulla. ¶ Super quarto capitulo vꝫ ꝙ ratificatio
anteꝙ laudum feratur non obſtet dicto Tholomeo in aliquo:
vt colli.C.de arbi.l.pe.circa prin.a ꝯtrario ſenſu.⁊ no.ibi in glo.
que incipit aliud ſiue ante ⁊c. ¶ E contra vꝫ ꝙ ſibi obſtet rati
ficatio per pactum vallata lꝫ interpoſita anteꝙ laudum ferret.
q: illud quod operatur pactum in iure iam competenti id ope
ratur in iure iam competituro in futurum: vt.C.de pactis.l.i.
⁊.ff.de pactis.l.⁊ heredi.§.filia.⁊ de mino.l.iij.§.ſi quid minori
¶ Preterea reductio ad arbitrium boni viri ſicut dictum ē:
eſt ſpēs appellandi: vt.d.§.cum quidam: ſed pactum interpoſi
tum ante ſniam excludit a beneficio ap.: vt de tēp.ap.l.fi.ergo
⁊ in ꝑpoſita añ ꝓlatōeꝫ laudi excludit a bñficio reductōis ad ar
bi.bōiviri. ¶ Determinatio iſti' q̄rti capituli pendet ex determi
natione primi.⁊ ideo prout diſtinctum eſt ibi diſtinguamus
⁊ hic. ¶ Super quinto ⁊ vltimo capitulo dicendū eſt ꝙ dictus
Binduccius inciderit in penam dicto dño meo ex eo ꝙ dcūs
Tholomeus dcm̄ lau dum non ſeruauit.⁊ ꝙ dictus meus ab
eo petere poſſit: q: cum ſcꝫ ſit ꝯ promiſſionem is qui ſtipulat'
eſt penam pōt eam exigere ſiue ſua interſit ſiue non interſit ſer
uatum eſſe quod in promiſſionem deuenit: vt d ver.ob.l.ſtipu
latio iſta.§.alteri.⁊.l.quidam cum filium. ¶ Preterea ex quo
pena fuit adiecta cōmitteretur cuicunqꝫ extraneo ſtipulanti ⁊
pro fcō cuicunqꝫ extranei etiam ad promiſſorem non pertinē
tis: vt.d.l.ſtipl'o iſta.j.de ver.ob.in ver.ac ſi quis.⁊.§.ſi qs do
lum de iudi.ſol.l.nouiſſima.eo.ti.⁊ de ver.ſig.l.hec verba. Ex
quo concludendum eſt ꝙ ſiue interſit dñi mei ſiue non interſit
ſeruari id ꝙ in laudum deuenit pēa ſibi cōmittitur ⁊ exigi poſ
ſit cum effectu ſiue pronunciatio fcā per arbitratorem de iure
ſortiebatur effectum ſiue non: vt.d.l.quidam cum filium circa
fi.ibi no. ¶ Preterea verba ſtatuti guarentigiati hoc īducūt:
q: nō cōcedunt aliquā exceptōem opponi ꝯ formam inſtri in
quo preceptū de guarentigia continetur. Et ita dico ⁊ cōſulo
ego Dy.de Mucello iuris vtriuſqꝫ doctor.

## Con.xx.

i

# N chriſti nomine amē.

Queſtio talis eſt: Armaleone' procurator dñe
Clare filie accinſini procuratorio noīe pro ea
agit cōtra Jacobum bōtanēſi ⁊ petit ab eo lib.
dxxx. deñ. quas eidem dñe Clare dare tenetur pro dote ipſi'
domine Clare quā recepit dictus Jacobus ⁊ Barrotius ei'
filius ⁊ quilibet eoꝝ inſolidū a dicta domina Clara vel ab alia
ꝑſona dante ꝓ ea: ⁊ ab alia parte petijt lib.xij.pro dōa. ꝑꝑ nu
ptias: ⁊ lite conteſtata ꝑ dictū Armaleonē ꝓcuratorio nomīe
⁊ ꝑ procuratorem dicti Jacobi procuratorio nomine pro eo:
ſuper ipſa queſtione conſultus fuit quidam iudex cuius con
ſilij tenor talis fuit. ¶ Cōſilium talis iudicis in q̄ōne preſenti
inter p̄dictas partes ⁊ ſuper petitōe predicta tale eſt. Qḋ iudex
coram quo qḋ ventilatur de bonis dicti Jacobi inquiſitionem
faciat diligenter ⁊ habita ratione ne egeat dictus Jacobus ⁊
bonis ſibi ꝓ hoc ſeruatis ꝓcedat ad datione inſolutum de ip
ſis bonis prout repererit ⁊ alia faciat que ſunt a iure prodita
fieri ⁊ obſeruari cōtra cōuentos inq̄ātum facere poſſunt. Et
ita fuit ſm formam dicti ꝯſilij ſentētiatum ⁊ ꝓnunciatuꝫ per
dñm Eddoneꝫ iudicem cārum cōis piſtorij. a qua ſnīa extitit
appellatum ꝑ dictum Armaleonem procuratorio nomine ꝓ
dicta domina Clara: ⁊ petitum fuit pronunciari ꝑ iudiceꝫ ap
pellationis bene appellatum ⁊ male iudicatum ⁊ reformari de
bere ꝑ iudicem appellationis p̄dictam ſnīam condēnando Ja
cobum ⁊ eius ꝓcuratorem in petitione dicti Armaleonis pro
curatoꝝ dicte domine Clare procuratorio nomine ꝓ ea: vel ꝙ
nulla pronuncietur: vel declaretur ſi incidenter nulla appareat
¶ Deinde iudex ſup predicta cā ap. conſultus cōſuluit ſuper
uacuo fore appellatum ⁊ appellationē fuiſſe iniuſtam: q: ſnīa
principalis cauſe fuit nulla ⁊ ſm formam dicti cōſilij pronun
ciauit dominus Gerar. iudex appellationis cōis piſtorij. A q
ꝓnunciatiōe appellatum fuit ad dños priores ⁊ anziañ. ⁊ ve
xilliferum ciuitatis piſtorij ꝓ parte Jacobi.ſ.dicti: tn̄ appella
tionem nō fuit proſecutus Jacobus vel eius ꝓcurator. Et iō
modo eſt in q̄ōne an p̄dictus Jacobus ꝯdēnari debeat ſm for
mā libelli in principali ſeu ī prima cā oblati. ¶ Et mihi Dy.
de mucel.ſaluo ſemꝑ conſilio meliori vꝫ ꝙ debeat cōdēnari: q:
pronunciatū eſt ſnīam nullaꝫ fuiſſe ⁊ talis ſnīa eſt ꝓ veritate
accipienda ſiue iuſta ſiue iniuſta vt in regula iuris res iudica
ta: is enim qui appellauit poſtꝙ applſonem proſequutus non
fuit pro non appellante habetur: vt in aut.de his qui ingre.ad
ap.§.i.⁊ ideo ordinarius iudex ex eiſdem act̄. dꝫ ad condēna
tōem procedere: vt.C.quomodo ⁊ q̄ñ iudex.l.ſi preſes.⁊ de ac.
l.iiij.⁊ no.ff.de appel.l.ſi expreſſim. ¶ Item pꝫ ꝙ vbicunqꝫ id
quod agitur eſt ipſo iure nullum perinde habetur ac ſi factum
non eſſꝫ: ⁊ ideo datur ptās iterationis eiuſdem facti: vt.ff.d cō
di.⁊ de.l.hec condictio.⁊ q̄ñ di.le.ce.l.quod pupillo.⁊ de op.le.
l.ii.⁊.iij. ¶ Preterea ridiculum eſt dicere ꝙ predictus Jaco
bus non debeat probare ſe pauperem: q: quicunqꝫ petit ad ali
quid ſe admitti vt pauperem vel poſtulat ſe vt pauperem excu
ſari neceſſe hꝫ de paupertate probare.ff.de lib.agno.l.fi. ⁊ inſti.
de excuſa.tu.§.fi. ¶ Et ideo cum de paupertate non ſit ꝓbatū
ſequitur legitime ꝙ Jacobus predictus debeat inſolidum cō
demnari: ſicut enim liquide per aduocatos partis dñe Clare
oſtenditur de paupertate non eſt ſufficienter probatum: tū ꝑꝑ
vicium teſtium: q: tres ex eis periurij probantur. tum ꝑꝑ defe
ctum examinatōis q: tres alij non fuerunt examinati per iu
dicem: tum ꝑꝑ teſtium depoſitionem: q: alijs ſex omnibus in
ſpectis nō ſufficiēter d pauꝑtate dponūt. ¶ Preterea ſi nūc
vellet poſt dedicita teſtificata de paupertate ꝓbare nō ē audiē
dus ꝑꝑ ſuſpectam ſubornationis preſumptionem: vt in aut.
de teſtib'.§.illō. ¶ Preterea cū ſepius fuerit de pauꝑtate obi
ectū ⁊ ſup ea tractatus hītus: ſeqtur ꝙ ex vigore noue ꝓductio
nis ſeu noue ꝓbōnis nō debeat vlteri' etiā in alia nedū in ea
dē cā tractatus hērī: vt.C.de fide inſt.l.fi.⁊ ſi ex falſis inſtris.l.
i.§.qd ergo ⁊ nō.de re iudi.l.nēſennius in.§.fi.⁊ ita conſulo ego
Dy.de mucello iuris vtriuſqꝫ doctor.

## Conſi.xxi.

q

# Ueſtio talis eſt.

Ego hēbam plenū ⁊ dirre
ctum dominiū ī quodā p̄dio: credēs autē dirre
ctū dñiū eiuſdē p̄dij ad titiū ꝑtinere tanꝙ ēphi
theoticari' vēdidi ei vtile: q̄ſi dirrectū iā exiſte
ret penes ipꝫ titiū: eſt ī q̄ōe an tnīat iſta vēditio nec ne: ⁊ poſito
ꝙ teneat an poſſit reſcindi: ⁊ ſi pōt reſcindi quo genere actiōis.
Et ꝙ p̄dcā vēditio ñ teneat manifeſte pōt d iure ꝓbari. ¶ Et
ꝑmo ſic: q: ꝯſtat ꝙ ita ē facilis cā īpediēdi ꝯtrū ſicut impediēdi
tranſlationē dñij: vt pꝫ ſi qs inſpiciat.ff.d ꝯhē.ēpt.l.in vēditio
nibus ⁊ ſi cer.peta.l.ſi ego ⁊ de acq.re.do.l.cum in corpus: Cō
ſtat aūt ſi rē meā tradā tibi q̄ſi tuā ipo iure dñium nō transfer
tur: vt.ff.de ꝯdi.ob cām.l.dedi.§.ſubtilius: ergo ⁊ ſi rē meā vē
di tibi q̄ſi tuā ipo iure nō tꝫ vēditio ¶ Preterea ſubſtātia vē
ditiōis ī ꝯſenſu ꝯſiſtit: ⁊ iō ſi tibi dficit ꝯſenſus deficit vēditio.
ff.de ꝯhē.emp.l.i.§.fi.⁊ de reſcin.vēdi.l.emptor ⁊ de act.⁊ ob.
l.cōſenſu ⁊ inſti.de obli.ex conſē. ¶ Cōſtat aūt ꝙ vbi eſt error
deficit ꝯſenſus: vt.ff.de iudic.l.ij.de iuſ.om.iud.l.ſi ꝑ errorē ⁊
de aqua plu.ar.l.ſed hoc ita ⁊.C.de iur.⁊ fac.igno.l.cum teſtm̄
⁊.l.non icirco: Sed in q̄ōne propoſita deficit conſenſus q: īter
uenit error in perſona vendentis q credebat ſe dñm vtiliter cū
eſſet dirrecto ⁊ ideo deficit venditio ⁊ ipſo iure non tenuit.
¶ Preterea certum eſt ꝙ ſi rem meā vendo quaſi alienā errā
do non tꝫ: vt.ff.de cōtrahen.emp.l.⁊ ſi conſenſum.§.fi. ⁊ de ac
qui.re.do.l.⁊ ſi procurator. Sed in propoſito vendidi rem que
mea erat iuſ dirrecto quaſi eodem iure dirrecto eſſet emptoris
ergo non tꝫ venditio. ¶ Preterea in predicta venditione age
batur de transferendo dñio vtili: ergo illud ꝓpoſituꝫ ꝯhentiū
qḋ erat circa dominium vtile nihil operatur circa dirrectum.
Plus etiam q: nihil operatur circa vtile q: in illo errabatur:
⁊ ideo ꝙ voluerunt nō potuerūt errore īpediente qḋ potuerūt
noluerunt q: de eo nihil agebatur: ⁊ ideo ſequitur neceſſario
nihil valere qḋ actum eſt: vt.ff.de re.dub.l.i ambiguo ⁊ de ſup
plec.le.l.labeo ⁊.C.ſi quis al.vel ſibi.l.multū. ¶ Preterea con

ſtat ꝙ ita diſtincte ſunt ſpecies dñioꝝ ſicut ſpecies rerꝫ:aliud enim eſt directum dñium ⁊ aliud ē vtile:vt.ff. ſi ag. vecti. vel emphi.pe.l.i.⁊ de ſuperficie.l.ij.⁊ fi.ſicut aliud eſt res corporaꝭ aliud incorporalis ⁊ aliud capra:⁊ aliud bos:vt.ff.de re.diuiſi. l.i.⁊ inſti.de re.cor.⁊ incor.per totum:ſed ſi cōtrahentes errāt in ſpē vel corpore rei ſuper q̄ ꝯbitur conſtat ꝯtum ipſo iuꝛe n̄ tenere:vt.ff.de ꝯtrah.emp.l.in venditōis.⁊ ar.ff.de le.i.l. ſi qs in fundi vocabulo.⁊ de ſuppel.le.l.labeo.ergo ſi errant in ſpē dñij probabiliꝭ vꝭ dicendum ꝙ ꝯtus ipſo iure non tꝫ. Et ita dico ⁊ conſulo ego Dy.

Conſi.xxij.

# Monaſterium quoddam

m nigrorum monachorum ſitum in dioc. cuiuſdam ep̄i:quodam tēpore vꝭ vacaſſe per mortē abbatis:monaci mōaſterij prefati qui tūc erāt numero quinqꝫ dicuntur elegiſſe quendam de monacis in abbatem. Electōe ſic fcā eundem pñtauerunt dyoceſano ep̄o:quidam layci pretendentes ius hr̄e oppoſuerunt ſe electioni prefate:ita ꝙ eius electio non extitit confirmata:ſubſequenter ad inſtantiam dictorum laycorum quidam Cardinalis apoſtolice ſedis legatus in predicta dyoce.alij mōacho monaſterij prefati recomendauit abbatiam eādem:tandem abbas primo elect⁹ ad aliam abbatiam electus fuit ⁊ extitit confirmat⁹:his pactꝭ dictus monachus cui recomendata fuit abbatia per Cardinalem predictū eſt homo male vite ipſe ⁊ oēs monaci q ſecū morantꝭ ⁊ ī ipſo mōaſterio ī aliquo mōachalis reglā n̄ ſeruatꝭ tā ī morib⁹ q̄ ī ꝺſtructōe bonoꝝ ipſi⁹ mōaſterij:ep̄s p̄dcūs nolens p̄dcā ꝯniuētibus oculis pertrāſire vocauit ad ſe p̄fatos monachos dicendo q̄liter ipi deſtruxerūt bōa p̄fati monaſterij ⁊ qualiter intēdebat oēs p̄dcōs monachos ab adminiſtratiōe ſuſpēdē volēs h̄ facē ꝺ ipoꝝ volūtate:p̄dicti vō monachi recognoſcētes ſe non bn̄ geſiſſe ꝯſenſerūt ſuſpēſiōi p̄dicte:⁊ tādē ep̄s ꝺ ipſorū volūtate ꝯmiſit adminiſtrationē reꝝ ipius monaſterij duobus clericis ſecularib⁹ quouſqꝫ ꝺbita ipius monaſterij eēnt plenaꝭ ſatiſfacta ⁊ monuit oēs ⁊ ſingulos monacos:vt ſe corrigerent ⁊ ſeruarēt regulam monachalē:ipi tanq̄ inobediētes in nullo ſe correxerūt:imo auſu temeraio reſiſtūt:Mō ep̄s p̄dcūs itēdit p̄dcōs monacos eiuſdē religiōis expelleꝭ ⁊ ītendit alios ibi ponere religioſos:q forte ꝓpriū hr̄e nō pñt. Cū p alios p̄fato monaſterio ꝓuidere n̄ poſſit:⁊ bona monaſterij p̄fati ad ſuā menſam intendit recipe. ¶ Mō q̄ritur nūq̄d facere cum ꝯſenſu totius capituli poſſit vel maioris partis ⁊ qualiter ſit prouidendum monacis quos intendit remouere epiſcopus prefatus de monaſterio ſupradicto. Cum prefatum monaſteriū habeat eccleſias parrochiales ⁊ alia bona. ¶ Item queriꝭ cum in prefata dyoceſi ſit quoddam aliud monaſterium dominarū in quo monaſterio dictus epiſcopus intendit ius habere q̄uis mōiales contradicant nunquid habeat locū ꝑmutatio de vno monaſterio ad aliud vel de poſſeſſionibus ipſorum monaſterioꝝ. ¶ Queritur ⁊ aliud:cum quoddā caſtrū habeat bona emphitheotica a monaſterio prefato nūquid ep̄s poſſit dare monaſterij iam dicti bona ad proprietatem cū dictum monaſteriū ſit debitis oneratū ⁊ ēt expediat ei ornamenta ⁊ alia neceſſaria habere queritur quid iuris. ¶ Dicendum eſt ad primum:ꝙ ſi monaci ſunt male vite ⁊ cōuerſationis inhoneſte ⁊ regulam non ſeruātes ꝙ dictus epiſcopus poſſit eos repellere:⁊ ſi inuenire poteſt monachos eiuſdem religionis eos ſubſtituere dꝫ ī locum repulſorum:⁊ ſi non inuenit alios monachos eiuſdem religionis ſubſtituere poterit monachos alterius religionis vt extra.ne clerici vel mona.c.relatum:⁊ ſi monachos non īuenit poterit ponere ī ipſo monaſterio ēt clericos ſeculares:vt extra. de reli.do.c.inter.iiij.⁊ predictam deſtitutionē habebit epiſcopus facere cum cōſenſu capituli:vt extra.de his que fiunt a p̄latis ſine cōſenſu capituli.c.nouit. ¶ Item ad aliud dicēdum ꝙ:lꝫ monaſterium non habeat abbatē nihilominus predictorum monachoꝝ deſtitutio ⁊ eccleſie reformatio fieri poterit:qꝛ poſito ꝙ monaſterium haberet abbatem q male cōuerſaretur ſicut ⁊ monaci:ipſe ſimiliter poſſet deſtitui ⁊ remoueri:ſicut ⁊ monaci:vt.d.c.nouit.⁊.d.c.inter.iiij. Si ergo deſtitueretur in caſu predicto ſi eſſet creatus:ſequitur ꝙ multo fortius īpediaꝭ creādus:qꝛ ea que tollunt iam facta multo fortius impediūt facienda ar.ff.de fideiuſſo.l.vrānius ⁊ de libe.agno.l.iij.§.fi.⁊ ꝺ leg.ij.l.mutius.§.duoꝝ in fi.§.nec ob.extra.ne ſede vacante.ſed p̄dicta deſtitutio monachoꝝ ⁊ alioꝝ ſubſtitutio nō ē alienatio:ſed eccleſie reformatio vt ex.ne cleri.vel monaci.c.relatum.

¶ Itē ad aliud dicendū ē ꝙ dictus epiſcopus non poſſet auctoritate ſua bona illius monaſterij adiūgere mēſe ſue qꝛ in re ꝓpria nō poteſt ꝓbere auctoritatem vt.ff.de auct.tu.l.i.⁊ qꝛ ſuſpitio eſſet ſi adiceret menſe ſue ꝙ hoc potius faceret cauſa lucri quam pp eccleſiam reformādam. Et qꝛ iure caueꝭ ꝙ ep̄us partem p̄bende cōferende nō poteſt partem ſibi retinere. vt ex vt eccle.benefi.c.i.licet capellanos poſſit adiungere prebēdis eccleſie cathedralis.vt extra de prebendis capitulo expoſuiſti.

¶ Item dicendū eſt ꝙ bona ipſius monaſterij ex quo moñ.cōcedit fratribus minoribus q ꝓpriū habere nō pñt ꝙ ep̄s habꝫ diſtribuere bōa vacātia ī pios vſus:⁊ iō ꝯcedere poterit procuratori rōe eccl'e ꝓ ipſis frībus ꝓ eccl'e conſtructōe ⁊ alijs ipſorum fratrum neceſſitatibus ex forma priuilegij bone memorie dñi Nicolay pape q̄rti. Nā repatiōes eccleſiarū fieri pñt ⁊ dēnt ꝺ bonis ipaꝝ eccleſiarū vt extra de eccleſijs edi.c.de his ¶ Itē dicendū ꝙ vnū monaſteriū poſſit cum alio ꝑmutari ⁊ res ipoꝝ mōioꝝ poſſint inuicē ꝑmutari ſuadēte ipoꝝ vtilitatē:vt.C.ꝺ ſac.ſan.eccleſi.aūt.ſꝫ ⁊ ꝑmutare. ¶ Itē dicendū eſt ꝙ bona emphitheotica q̄ p̄dcō monaſterio tenēꝭur poſſint iuꝛe ꝓprio ꝯcedi ⁊ etiā vēdi ꝓ debitis ſoluēdis ⁊ eccleſia reficiēda.⁊ alijs eccleſie neceſſitatib⁹ q̄ euitari n̄ pñt vt ī auc.hoc ius por. C.de ſa.ſan.⁊.xij.q.ii.c.ſine excep.⁊ extra.de eccleſijs edi.c.de his:⁊ hoc expediri pñt p ep̄m cū ꝯſēſu capituli:nec dꝫ ꝓpea abbatem in monaſterio ſupradcō creare:qꝛ cū ep̄o ⁊ capitulo cōcedaꝭ diſpō ꝑncipalis.i.eccleſie:vt.ſ.oñſum eſt.multo fortius ꝯcedi dꝫ diſpō ⁊ ordinatio eoꝝ q̄ acceſſoria ſunt ideſt rerū ad monaſteriū ꝑtinētiū:ar.ff.ꝺ ſun.inſtr.l.fundi.§.fi.⁊ in reg.iuris nō dꝫ cui licꝫ quod plus eſt qꝺ minus ē nō licere:⁊ hoc eſt ꝯſiliū mei Dyni ꝺ mucello ī capītis ⁊ articulis ſupradictis ⁊c.

Conſi.xxiij.

# N chriſti nomine amē.

i Super q̄ōne qua queritur vtrum filiuſfa. actionem queſitam pr̄i per ꝯtum a ſe filio celebratū nomine ſuo ⁊ non pr̄is poſſit cedere:ita ꝙ valeat ceſſio patre poſtmodum habente ratam ceſſionem. ¶ Et dicendum eſt ꝙ ante ratihabitionem pr̄is ceſſio non teneret: qꝛ cedere actōem eſt alienare. Cū ergo nō teneat alienatio fcā p filiū ſine volūtate patris:ergo nec ceſſio valꝫ ar.C.de bo.que lib.l.fi.§.filijs aūt:accedeꝭ aūt volūtatē pr̄is a prin.⁊ ex poſt facto paria ſunt:cum ꝯfirmet ēt ea q̄ ꝺ iure erāt ꝓhibita vt.ff.ad mac.l.fi.⁊.ff.eo.l.iuſ.§.i. Et qꝛ certū ē ꝙ ea q̄ fcā ſunt p filium:lꝫ de iure nō teneāt:pꝭ cōfirmare poteſt ratificando nō ſolum expreſſe:ſed etiam tacite:vt.ff.de acquirē.here.l.qui in alien. ij. ⁊.iij.reſpō. ¶ Item ſup eo quo queritur:vtrum procurator q fuerit dominus cauſe p cōteſtationem ⁊ abſtinuit in cā poſtea poſſet in cā appellationis interpoſite tanq̄ dñs iuraꝭ de calūnia:vꝭ dicēdum ꝙ cū factus ſit dominus in cā principali per ꝯteſtationem ꝙ ꝑmittendum ſit ei tanq̄ domino iuraꝭ de calumnia in cā appellationis.ar.ff.de ap.l.ab executore.§. ſi procurator. ¶ Item ſuper eo quod queritur nunquid forenſis ⁊ eius procurator in cā ſecunde applōnis ad antianos admittatur ad probandum de ſimulatōe ꝯtus celebrati quo vtitur ps aduerſa non obſtante ſtatuto populi quo cauetur ꝙ popularis debeat producere omnia acta tam prime cauſe q̄ ſecunde corā ipſis antianis:qui antiani dictam queſtionem ex eiſdem actibus debeant terminare:⁊ non obſtante eo ꝙ nec in prima nec in ſecunda cauſa fuerit obiectum de ſimulatione ꝯtus. Et h̄ illa rōne vꝫ quia in prima cā pars aduerſa non produxit dictū cōtractum.ī.terminum aſſignatum ad producendū infra:ſed poſtea duxit:⁊ ſic qꝛ vſus dicti inſtrumēti ꝯtus non erat legitimus non curauit ps forenſis opponere de ſimulatione:ſꝫ ſolum oppoſuit ꝙ pars aduerſa non debebat admitti ad vſū dicti contractus pp lapſum termini:⁊ ſic terminus non fuit aſſignatus ad accipiēdam copiā:⁊ opponendū. Itē qꝛ in cā applōnis prīe nō potuit hr̄e copiam procurator forenſis dicti inſtr̄i lꝫ pluries petierit copiam eiuſdem:⁊ ſic non potuit ꝓbare nec obicere de ſimulatione. Videtur dicendū ꝙ cū p ſimulationē ⁊ fruſtrationem partis aduerſe factū fuerit ꝙ in principali cā non fuit de ſimulatione contractus oppoſitum. Quod nunc in cā appellationis ſit licitū opponē ter.habem⁹ ad hoc expſſū ff.ad exhiben.l.ſi optione.⁊.ff.de excuſa.tu.l.ſi cum inſtitueret:

quod enim ex neceſſitate omittit̃ pro non omiſſo habetur in ꝑ
iudicium obmittentis: ſicut ꝙ̄ fit ex neceſſitate ꝓ non facto ha
betur in preiudicium facientis. §. ſi propter. ¶ Item ſuper eo
quo queritur vtrum cõtractus predictus venditionis poſſit cē
ſeri ſimulatus ⁊ fictitius q2 factus eſt perſone eccleſiaſtice ⁊ de
re que ſubiacebat reſtitutioni ex forma ſtatuti piſtorij ⁊ ꝯ qua
ſperabatur cām moueri: dicendum ē ꝙ licet rõne perſone aliq̃
liter videatur ſuſpectus non ꝓpterea cenſeri debeat ſimulatus
niſi ꝑ alium modum extiterit de ſimulatione probatum ar. ff. ꝺ
his qui. vt indig. l. fi. in prin. Item ſuper eo quo queritur nũqd
ꝯſtõnes dñi epiſcopi ⁊ etiam quedā ſtatuta que vobis mittim⁹
faciant ad ſimulatõem ꝯ̄ctus ſine alijs probatõibus: ⁊ vtrū ex
pediat vobis vti dictis ꝯſtõnibus ⁊ ſtatutis: vr̃ mihi dicēdum
ꝙ ꝯſtões dñi epi nihil faciant ad ſimulatõem ꝯ̄ctus q2 requi
runt ꝙ emat fictõe ⁊ in fraudem cā verandi aliquem: cum fra
us reglr̃ non preſumatur: vt. l. dolum. §. qui dolo. ⁊. l. cum ita
legatur. §. ſpēs. ⁊ de fideicom. lib. l. ſi cum ferrum. §. ex iniuſta:
ſequitur ꝙ alia extrinſeca ꝓbatio ſit neceſſaria. ¶ Item ſuper
eo ꝙ queritur vtrū ꝯ̄ctus precedens poſſit infringi rõne loci ĩ
dcõ inſtr̃o non clare poſiti: q2 continet̃ in dcõ inſtr̃o: actum in
porta caldatica ⁊ ſancti Petri non declarando certum locum
⁊ ēt q2 in inſtr̃o apponunt̃ duo loca diuerſa ſicut ſi dicerem⁹
porta rauenata ⁊ porta ſancti proculi. Vr̃ mihi dicendū ꝙ ñ
propterea poſſit ꝯ̄ctus infringi: q2 poſſibile eſt fuiſſe in porta
calda: ⁊ nihilominus ſancti Petri. Et ex põne plurium q̃ poſ
ſibile eſt ſimul concurrere non reſultat aliquid quod viciet id ꝺ
quo agitur: maxime etiam cū natura copulatiue non ſit apta
obſcuritatem inducere ſed alternatiue. ¶ Item ſuper eo quod
dubitatur an debeat interrogari an poſſideret: vr̃ mihi dicen
dum ꝙ non fuit opus ipm̃ interrogare: q2 lex municipalis nõ
aſtringit eum ad reſtõnem iđ q2 poſſideat: ſed iđ q2 inſolutum
accipit. Unde cum ꝯſtet eum inſolutum accepiſſe ſuperuacua
eſſet interrogatio an poſſideret ⁊ ꝓpea omittēda: vt. l. hec ſtipl̃o
§. diu⁹. ff. vt lega. ſeruā. cā cauea. ⁊. l. non cogendum. §. ſi procu
ratori. ff. de ꝓcura. ⁊. C. de ꝓba. l. ad ꝓbatõem. ¶ Item ſuper
eo ꝙ dubitatur an ſtatutum de cāis non alienādis faciat ad ꝓ
poſitum vr̃ mihi dicendum ꝙ Orlandinus qui inſolutum ac
cepit non poſſit allegare ſolēnitatem ſtatuti non fuiſſe debitā:
vt de le. i. l. ſeruus pluriũ. §. i. ¶ Et ita dico ⁊ cõſulo ego Dy.
de mucello iuris vtriuſq3 doctor.

## Conſi. xxiiij.

q

# Ꝗeſtio talis eſt. Quidam ce

pit agere con
tra alium rei vendicatõe ⁊ facta citatõe ⁊ obla
to libello ꝯ̄ poſſeſſorem rei quam petere intēde
bat ceſſit rei vendicatõem ſibi competentem cui
dam mulieri vidue: illa mulier vult conuenire iſtũ poſſeſſorē
pro re illa coram principe ex iure ſibi conceſſo ex beneficio illi⁹
l. quando Imperator inter pu. ⁊ vi. poſſeſſor allegat ſe non cõ
ueniendū. Primo q2 vr̃ fcā alienatio cā mutandi iudicij. Se
cundo q2 actor deb3 perdere actõem q2 ceſſit in potentiorẽ ra
tione priuilegij. Tertio q2 res ⁊ actio ſubiacebant vicio litigio
ſi. ¶ De primo enim ꝙ videatur alienaſſe cā mutandi iudicij
vr̃ ſic probari: q2 certum eſt ꝙ non d3 licere actori ꝙ non licet
reo vt in regula iur̃ non d3: ſed ſi reus fcā ſibi denunciatõe vl̃
facta citatõe alienat vr̃ alienaſſe doloſe ⁊ cā mutandi iudicij.
ar. ff. de edendo. l. quidam. §. nihil. ⁊ que in frau. credi. l. ait pre
tor. §. ſi quis particeps. ⁊. C. de rei vendi. l. ſi fundũ. ⁊ no. ff. ex
qui. cau. in poſ. ea. l. ful. §. quid ſit latitare. ergo ⁊ in actore deb3
preſumi fraus ⁊ alienatio fcā cā mutādi iudicij. ¶ Preterea
in eo qui facit illud quod ſcit vel ſcire d3 ſe facere non debet̃ ꝓ
ſumitur dolus: vt. ff. man. l. dolus. ⁊. l. ſi procuratorem. §. dolū
ſed is qui ceſſit ſcire debebat ſe cedere non debere poſt incoha
tum iudicium. vt. C. de litigio. l. ii. ⁊ fi. ergo ſi ceſſerit videt̃ do
lo ceſſiſſe ⁊ dolo mediāte ius tranſtuliſſe in mulierẽ cui fcā ē
ceſſio: ergo dolus a cedente cõmiſſus d3 mulieri nocere: vt no.
ff. de doli excep. l. apud cel. §. ſi cum legitima in glo. que incipit
ex hoc. §. vr̃. ⁊c. ¶ Preterea titulus ille de alienatione mutā
di iudicium generaliter loquitur in quolib3 potentiore ſiue ra
tione priuilegij ſiue rõne officij ſiue ex quacunq3 alia cā. vt p3
ff. de alien. mu. iu. l. iij. ⁊ no. C. ne li. po. l. i. ¶ Preterea locū h3
qñocunq3 alienatio fit in eū qui vexatur⁹ ē aduerſariū: vt. ff. ꝺ
aliena. l. ii. Conſtat autem ꝙ mulier ex cauſa iudicij ſupradicti
vexata eſt aduerſarium: q2 vocat eū coram principe ergo iudi
cari d3 alienatio facta cā mutandi iudicij. ¶ Item vbicunq3
ratio. l. h3 locum d3 habere locum ēt lex: vt. ff. de fonte. l. i. §. hoc
interdictum ⁊ de iniuſto teſtõ. l. poſthumi: ſed ratio. l. que ꝓhi
bet actionem in alterū cedi eſt: q2 videtur cedētium aperta vora
citas qui alios actionũ ſuaꝝ faciunt exactores: vt. C. ne li. po.
l. ij. ⁊ ſaltem quo ad mētem poterit vtiliter aptari: ⁊ ideo ceſſio
ꝓdcā vidue mulieri facta effectu carebit. ¶ Preterea iuxta ge
nerale premiſſum ſupra ĩ prin. poſitum. ſ. q2 non d3 licere acto
ri ꝙ̄ denegat̃ reo: vt in regula iuris: aperte cõcludit̃ ꝙ ceſſio ñ
h3 effectum: q2 qua rõne ſi reus alienat rē poſt oblationē libelli
vt ĩ aut. ꝺ liti. aut. litigioſa: ſubiacet aliēatio vicio litigioſi ꝯ̄ct⁹
de quo tractatur in. l. fi. de litigio. eadem rõne ſi ceſſio fiat ꝑ ac
torem ſubiacebit ceſſio alienationem inducēs vicio litigioſi cõ
tractus: ⁊ ideo non habebit effectum aduerſus eū ꝯ̄ quẽ ceſſio
facta eſt. Et ita ego Dy. de mucello dico ⁊ cõſulo iuris eſſe ⁊c.

## Conſi. xxv.

i

# In chriſti nomine amen

Queſtio talis eſt. Tutor quidã noīe pupilli pe
tijt aliquid cõtra ſempronium: oppoſitum fuit
cõtra eum ꝙ non eſſẽ tutor de iur̃: poſtmodũ
non obſtante illa exceptione fuit ꝑ eum in cauſa proceſſũ ⁊ ꝓ
ſtitit ſatiſda. ꝙ pupillus habebit ratum ꝙ̄ actum erit: poſt ſuc
cubuit in cauſa iſte tutor: q2 fuit pronunciatũ ꝓceſſum fuiſſe
nullum ⁊ forte illa rõne: q2 proceſſus male ordinatus fuerat:
tamē cā expreſſa nõ fuit aliqua: poſt hoc appellauit dict⁹ tutor
tutorio nomine ⁊ tanq̃ tutor: non aſſerens in ſua intentione
vel tāq̃ tutor qui ſatiſda. de rato preſtitit appellaret: ſed ſimplr̃
appellauit aſſerens ſe tutorem: fuit oppoſitum ꝯtra eum in cā
appellationis ⁊ inter alia eſt in qõne nunquid iſte tutor q tuto
rio nomine appellauit debeat admitti ſi nullā fidē faciat de tu
tela cum negetur eſſe tutor ⁊ opponatur ꝙ tutor non ē de iure
cā dubitationis eſt q2 vult dicere ꝙ hec exceptio ꝙ nõ ſit tutor
non poſſit opponi in cā appellationis ⁊ dicitur ꝙ etiam dila
toria non poteſt opponi in cauſa appellationis ꝑ. l. ita demum
C. de procura. ¶ Ex aduerſo dicitur ꝙ ſic ſi fuit oppoſitum ĩ
cauſa principali: vt fuit in caſu noſtro plus dicit̃ ꝙ etiam non
obſtante ſatiſdat. preſtita poſſit talis exceptio ꝓponi ꝙ non ſit tu
tor vel procurator cū iſta ſit peremptoria ⁊ reddat iudiciũ re
tro nullū vt. l. i3 de procura. C. ⁊ no. ꝑ Azo. in ſumma. eo. ti. §.
ꝓſtatur autem hoc ⁊ ſuperior: Allegatur in ꝯ̄rium. l. fi. ff. qñ
appe. ſit: ad illam reſpõdetur duobus modis primo quia lex il
la loquitur in vero procuratore: alio modo q2 lex illa non dicit
ꝙ non debeat facere fidem de mandato ſi petatur: vt fuit in ca
ſu noſtro: ſed vr̃ ꝙ poteſt appellare. Nam prius d3 ꝺ pſona q̃
ri ⁊c. ¶ Petitur ergo cõſilium a nobis nunquid docere prius
debeat ſe tutorem in cauſa appellationis cum opponat̃ eum ñ
eſſe tutorem cum fuerit datus in teſtamento ⁊ hereditas nõ ſit
adita non obſtāte ſatiſdatione preſtita in principali de qua ſa
tiſdatõne ⁊ teſtamento n ulla eſt fcā productio vel inductio in
cā applõnis: ſed ſi fieret vel fcā eſſẽ ꝓductio ſatiſdatõis ⁊ teſti
poſt cõmiſſionem factā iudices qui ſunt aſſumpti ad conſulen
dum quid hēant conſulere. ¶ In qõne predicta videtur mihi
Dyno de mucello dicendum ꝙ dicti ſapientes aſſumpti ad ꝯ
ſulendum habeāt conſulere ꝙ ex quo tutor preſtitit cautionem
de rato vl̃ aliā equipollentem que interponi ſolet rõne dubita
tionis legitimationis perſone ꝺ qua legitur. l. vulgo. ꝺ admi.
tuto. non poſſit opponi ei quod non ſit tutor: vt. ff. de damno
infec. l. inter quos. §. alieno nomine in fi. §. ¶ Et hoc verum ĩ
executione totius cāe ad quam extenditur cautõis effectus: ve
rum q2 cā applõnis eſt alia a principali ⁊ effectus cautõis in
terpoſite in cā principali non extenditur ad cām applõnis. vt
ff. iudi. ſol. l. cum apud. ⁊ inſti. de ſatiſda. §. ſi vero aliqs in fi.
§. ⁊ in aut. vt oēs obe. iu. ꝑ. §. ſi vero aliquid: ideo in qõne pro
poſita dicēdum ꝙ non audiatur predictus volens proſeq cã
applõnis niſi paratus ſit de rato cauere ſ̃m formã preallega
te. l. vulgo. hec enim excep. tu non es tutor licet ſit dilatoria eſt
tñ talis que reddit iudicium nullum. ⁊ ideo põt opponi in q̃li
bet parte cāe principalis. ergo ⁊ in cā applõnis. Cum per ap
pellationem pronunciatum extinguatur ⁊ reducatur ad con
dictionem illius temporis quod erat āte ſñiam. vt. ff. de pen. l.
ii. §. fi. ⁊ ad turpil. l. i. in fi. ⁊ de iniuſto teſtõ. l. ſi quis. §. hi autẽ
oēs. ⁊ p3 euidenter. ff. de admi. tu. l. ſi minoris. ⁊. C. de tempo.
ap. l. per hanc. Et ita dico ⁊ cõſulo ego Dy. de mucel.

Cōſ.xxvi.

## q Ueſtio talis eſt.

de fagnano Imoꝛ.dyoc.ſyndicus ꝛ procurator cõis ꝛ vniuer
ſitatis ꝛ hoĩum de fagnano refert denũciat ꝛ accuſat.d.Ja.d.
Er.d.Jo.d.B.monachos:Lãdum cõuerſum p̃ſbyterum gra
tiam eius filium p̃ſbyteꝝ Albertum rectorẽ eccleſie ſancti Mi
chaelis de monte armato Stephanum cõuerſum.Albertum
de cazoli cõuerſum moñ.montis armati:ꝛ Drudulꝫ ꝛ Johã
nellum familiarem abbatis moñ.montis armati Boñ.dyoc.
Quos dicit de anno proximo preterito de mẽſe maij ꝺ nocte
cũ guernimentis monumentis armis offendibilibus ꝛ defen
ſibilibus furtiue ꝛ malo modo auctoritate ꝓpria iuiſſe ad quẽ
dam foſſatum ſeu laboreriũ cõis ꝛ hoĩum terre fagnani dyoc.
Imoꝛ.poſitũ in curia fagnani cõitatis Imoꝛ.iuxta flumen ſel
leris ꝛ ipm foſſatum ſeu laborerium in maximuꝫ dãnum ꝛ p̃
iudicium cõis vniuerſatis explanaſſe ꝛ derocaſſe ꝛ deſtruxiſ
ſe ipſum laborerium.Quare cũ predicta res ſit mali exempli:
petit ſyndicario nomine dicti cõis p̃dictos ꝛ ipſorum quẽlibet
puniri ꝛ cõdemnari ſecũdum formam iuris ꝛ bonũ regimen
ita vt exemplo ceteri terreanꝛ ꝛ dãnuꝫ emendari.¶ Conſiliũ
dñi Allegratuccij de mezouillanis iuris periti ꝛ mei Dy.de
mu.tale eſt videlicet ꝙ predicti omnes ꝛ ſinguli accuſati ꝛ con
uenti ciuiliter quorum nomina in libello ſuperius ſunt expreſ
ſa debeant abſolui ex eo qꝛ proceſſus non tenuit ipſo iure ꝙ li
tis ꝯte.fcã nõ appeat.Itẽ ex eo qꝛ ciuiꝫ ꝛ c̃ialis propõite fue
rũt ſimul i eodẽ libello qꝺ eſt de iuꝛ prohibitũ:ꝛ qꝺ cõe ꝛ ſindi
cus vniuerſitatis ꝛ hoĩum de fagnano abſoluanꝛ ab expẽſis

quãtũ mad cãm iſtius libelli: cũ ꝑ teſtes in cã huius libelli ꝓdu
ctos appeat eos hũiſſe iuſtã cãm litigãdi ⁊ nõ temere ꝑdcõs ac
cuſatos ⁊ cõuentos ĩ ius vocaſſe. ¶ Super ſcđo libello cuius
tenor talis ẽ corã vobis veñ. pře dño Ald. dei ⁊ aplice ſe. gřa
eṗo aretiñ. ꝓuĩcie romandiole ĩ ſpũalib⁹ ⁊ tpalibus ꝑ ſcãz ro.
eccleſiam comitte ⁊ generali rectore Lãdus filius cõdã Hugo.
de fagnano imol. dioc. ſindicus ⁊ ꝓcurator cõis ⁊ vniuerſita
tis dcẽ terre fagnani ĩtuitu pietatis ⁊ ſuoꝝ peccatoꝝ remedio
cõceſſerũt abbati ⁊ moñ. montis armati boñ. dyoc. domũ ſeu
hoſpitale vocatũ hoſpitale rõchi iuriſdictionis ipſius cõis põi
tum ĩ curia fagnani ſub hac cõdictõe ꝙ idẽ abbas monachi ⁊
cõuerſi dẽant ĩ ipo hoſpitali retinere ⁊ retineri facere lectos ꝓ
pauperibus hoſpitandis nec diuina celebrent officia: ſed ĩ ipſa
domo ⁊ hoſpitali morantur cõtinue bãniti robatores meretri
ces ⁊ homines ⁊ mulieres male fame: ſupplicat dictus ſyndic⁹
ſyndicario nomine dicti cõis ⁊ vniuerſitatis dictum abbatem
⁊ monachos ⁊ conuerſos puniri de tanto ſcelere ⁊ tali nec nõ
⁊ conſtringi ad reaptationem dicti hoſpitalis taliter ꝙ ibidem
celebrentur diuina officia ⁊ paupes more ſolito hoſpitentur.
¶ Conſilium. ſ. dictoꝝ dñoꝝ tale eſt ꝙ predictus abbas mo
nachi ⁊ conuerſi abſoluantur ab illis monachis omnibus q̃ ĩ
libello continentur: tum q: ſuper ipſo libello litis conte. fcã nõ
apparet: tum etiam q: poſito ꝙ litis conte. facta fuiſſet ea que
continentur in libello non ſunt probata legitime ⁊ ꝙ ſindicus
⁊ cõmune hominum de fagnano condemnent ſindico moñ.
ſeu ipſi mona. ſupradicto in expenſis factis occaſione iſtius li
belli ⁊ litis ⁊ controuerſie que ex iſto libello proceſſit declaran
dis iuramento dicti Fran. ſindici ⁊ abbatis moñ. montis ar
mati per iudicem ta men taxatione premiſſa. ¶ Super tertio
libello cuius tenor talis eſt. coram vobis vene. pře. d. Ald. dei
⁊ aplice ſedis gřa eṗo Aretino prouincie romandiole in ſpiri
tualibus ⁊ temporalibus per ſanctã ro. ec. generali rectore Lã
dus filius quondam Hug. de fagnano Jmol. dioce. notificat
do. Jo. abbatem montis armati Bono. dyoce. q: fecit tracta
uit ⁊ ordinauit ꝙ infraſcripti ſui monachi ⁊ conuerſi ⁊ fami
liares interfecerunt. d. Jaco. monachum dicti monaſterij ĩ ho
ſpitali rõchi curie fagnani ⁊ ipſum do. Jaco. poſt occiſionem
exportauerunt de ipſo hoſpitali rõchi ⁊ ipm ſepelierunt ĩ loco
turpiſſimo vocato riuus butri curie fagnani: ⁊ ꝑdicta fuerũt
currente milleſimo. cclxxxviii. xiii. indi. Nomina monachoꝝ
⁊ conuerſorum h̃ ſunt. Bon. Ex. d. Jo. d. B. d. Jaco. mona
chi Landus conuerſus preſbyter bona gřa eius fili⁹ Stepha.
conuerſus Alb. de cazola conuerſus. ¶ Conſilium predicto
rum dñorum tale eſt ꝙ dñs Abbas predictus ⁊ monachi ⁊ ꝯ
uerſi ⁊ oẽs ⁊ ſinguli quorum nomina in libello ſunt abſoluan
tur ab his oĩbus que ĩ ſupraſcripto libello obiciũtur. q: de lit.
conte. fcã ſuper ipſo libello nihil appet. Jtem poſito ꝙ appare
ret ea que in ipſo libello proponuntur non ſunt probata ſuffi
cienter: ⁊ ꝙ ſindicus ⁊ cõe hominum de fagnano condemnen
tur ĩ predictis quorum nomĩa continentur in notificatiõe pre
miſſa ſeu ipſoꝝ ꝓcuratori in expenſis per iuramentum legiti
me ſm̃ iuris ordinem declarandis. ¶ Jn prima queſtione vr̃
proponi inſtr̃m confectum eſſe ſine inditione: cuius inditõnis
omiſſio vr̃ inſtr̃m viciare cum ſit de ſubſtantialibus: vt ĩ auc.
vt prepo. no. impa. in prin. ⁊ de iſtru. cau. in ſũma ipſius ti. ve
rum q: proponitur ꝙ in eadem pagina ⁊ in ſerie continuatio
nis actorum ipſius tabellionis appoſita fuerat inditio dici for
te poſſet ꝙ ex vigore continuatõis repetita videatur inditio ĩ
ſequentibus: ar. ff. de eden. l. ſi quis ex ar. §. ſi initium. ⁊ de leg.
iij. l. in repetendis: ⁊ q: vbicunqꝫ eſt aliqua continuationis ſe
ries inter precedentia ⁊ ſequentia ibi que in precedentibus di
cuntur intelliguntur in ſequentibus repetita: vt de le. i. l. lꝫ im
perator: ⁊ de le. ii. l. ſi mihi ⁊ ticio. §. iul. ⁊ l. cum pf. §. ab ĩteſta
to. ⁊ de ver. ob. ticia. §. idem reſpon. maxime cum repeticio taci
ta precedentium robur tribuat ſequẽtibus. ¶ Preterea ſeq̃n
tia iudicantur ex cõpatõe precedentium per qđ apparet ꝙ ĩ
prece. dcã intelliguntur in ſequentibus repetita: vt. l. ſeru⁹ plu
rium. §. fi. de le. i. ⁊ de le. iij. l. nũmis. ⁊ l. heredes. §. ſed ſi notaꝫ.
de teſta. Super eo vero quod queritur vtrum illa confeſſio ĩ q̃
confitetur ſe hře ex cã feudi preiudicet confitenti ⁊ habeatur ꝓ
veritate quantum ad preiudicium confitentis oſtẽdi poteſt ꝙ
preiudicare debeat confitenti q: probare ꝯ̃ctum ⁊ probare con
feſſionem de ꝯ̃ctu paria videntur. ar. in auc. de teſti. §. ⁊ lꝫ. Sꝫ
probatio ꝯ̃ctus feudi plenum preiudicium pareret ei qui aſſeri
tur feudatarius: pꝫ de conſuetudine recti feudi: ⁊ in ti. de inue
ſtitura col. x. ergo ⁊ confeſſio de ꝯ̃ctu ſiue probatio confeſſiõis
plenum preiudicium confitenti ſeu ipſius heredibus parat.
¶ Preterea conſtat ꝙ oĩs confeſſio cum cã ⁊ maxime in ſcri
ptura redacta plenum preiudicium parat confitenti. C. đ non
nu. pe. l. generaliter. ⁊ de do. l. quidam in iur. interrogatur q:
ꝙ quiſqꝫ confitendo proprio teſtimonio dilucide proteſtatur
nõ poteſt ex pẽitentia reuocare: vt. d. l. generaliter ĩ fi. ¶ Pre
terea ꝙ operaretur traditio facta cum cã quantum ad trãſlatõ
nem dominij operari dꝫ verbalis cõfeſſio quãtuꝫ ad obligatã
oſtendendã pſonam confitentis ar. ff. de do. l. ſi patronus. §. i. ⁊
C. ad. l. fal. l. fi. Sed ſi vere traderet ⁊ ex cã feudi cõſtat dñium ĩ
eum cui fit traditio transferri: ergo ſi non traditur ſed verbal̃
confeſſio exponitur: cũ verbalis cõfeſſio ex cã ſicut hic fuit quã
tum ad preiudicium confitentium pro veritate habeatur: vt. l.
pub. §. lutius. ff. depoſi. Sequitur ꝙ in propoſito pro vera feu
di cõſtitutione habeatur. ¶ Preterea oſtenditur argu. cui rñ
deri non poteſt cauetur enim in iure ꝙ feudatarius eſt ſimilis
fructuario: vt pꝫ in quib⁹ cauſis feu. ad. §. in primis col. v. ⁊ no.
de inueſtitura de re alie. fac. §. ex contrario. Sed ille qui retinet
vſumfru. cõſtituendo ſe fructuariũ videt̃ hoc ipſo in aliũ pro
prietate transferre vt. C. de do. quiſquis: ergo ille qui ſe ꝯfitetur
vel cõſtituit feudatarium hoc ipſo transferre videtur directũ
dominium ⁊ oẽ id qđ domino ſolet cõpetere in dominium cu
ius fauore exponit. ¶ Preterea pꝫ expreſſa parificatione. i. cõ
tractu ad cõfeſſionem cõtractus: q: ex qua cãtum dñium ⁊ eꝫ
vt. ff. de pub. quicunqꝫ. Sed ſi reꝫ cuius dominium habeo con
duco ſiue cauſa conductionis recognoſco ab alio: illud quaſi do
minium qđ in me eſt videor quaſi a me abdicare ⁊ in aliũ trãſ
ferre: vt de acquir. poſ. l. qui bona fide in prin. ⁊ l. interdum in
prin. ⁊ §. finali. ⁊ pro empto. l. qui cuꝫ pro herede: ergo recogno
ſcens nomine feudi per confeſſionem: videtur recognoſcens
ſi dominus erat a ſe dominium abdicare ⁊ in eũ a quo feudũ
recognoſcit transferre. Super eo vero ꝙ dr̃ ꝙ fecerint p. xxx.
an. ⁊ vltra ſiue per longiſſima tẽpora poſſet dici ꝙ quãtum ad
poſſeſſiones que penes feudatarium fuerũt preſcriptio non cu
currit domino ar. C. de preſcrip. xxx. an. l. ij. q: cum poſſideret
ciuiliter medio tẽpore anteq̃ꝫ alij fieret traditio ſeq̃tur ꝙ cõtra
eũ non potuit inchoari pſcriptio vt no. in. l. ſeruũ fugitiuũ ĩ fi.
magne glo. C. de ſeruis fu. Sed in reb⁹ que fuerũt alienate in
alios lꝫ tex. dicat ꝙ reuocari poſſint nulla tpis preſcrip. obſtan
te vt de capitulis Corra. §. preſta: ⁊ ĩ cõſti. Fed. imperialem de
cet ⁊c. §. i. col. x. tamen glo. ibi dicunt ꝙ ſola preſcriptio minor
xxx. an. videtur ãmota. Jtem ſup eo vtrum inuito domino poſ
ſit feudatarius renũciare feudo dicẽdum ẽ ꝙ ſi feuduꝫ erit ſim
pliciter cõceſſum non determinato ſeruitio q: poſſit renũciare
vt de vaſallo qui ꝯtra cõſtitutionem Lotha. c. i. col. x. Sed ſi ſer
uicium determinatum fuerit tũc cum perſonaliter ad illud ſer
uicium ſit aſtrictus non poſſit renũciando ab illo pſonali vin
culo liberari: ⁊ ita determinatum videtur in. §. ſimiliter đ capi
ta. q cu. ven. ⁊ ar. ẽ ad ꝑdicta. ff. đ vſuf. l. cũ fructuarius: ⁊ ſi ſer
ui. ven. l. ⁊ ſi forte. §. etiam ⁊ de le. ij. lꝫ. §. ſi cẽtum legatis in fi.
§. ⁊. C. de fundo pa. l. quicũqꝫ. ¶ Sup eo vero qđ queritur de
act. que dãda eſt contra feudatariuꝫ: dicendũ eſt ꝙ vbi ſeruiciũ
certum promiſſum fuit ibi ſi conſiſtit in facto ⁊ promiſſio fuit
ſtipulatione vallata agatur actione ex ſtipulatu: vt. ff. de verbo.
obliga. in prin. ⁊. ff. ſi certum peta. l. ſi quis certum. Si vero nõ
erat ſtipulatione vallata promiſſio agat̃ actio. preſcrip. v̄bis vt
C. de do. l. legem ⁊ de pac. inter emp. ⁊ ven. l. ij. ⁊ de rerum p. l.
rebus ⁊. l. fi. ⁊. l. cum precibus. Jtem ſi nulla promiſſio interue
nit ſicut videtur in propoſito caſu tũc vel agetur act. preſcri. v̄.
ex tacito pacto quod ex natura feudi ineſſe vr̃ vt feudatari⁹ ſer
uiat domino: vt in ti. in quibus ca. feu. amit. §. fi. ex tacito eniꝫ
pacto de onere aliquo ſubeundo preſcri. ver. đ act. ſicut ⁊ ex pa
cto expreſſe. vt. ff. de do. l. hereditate. ⁊ ibi no. Jtem dici poſſet
ꝙ agetur condictione ex moribus. conſtat enim ꝙ mores eiuſ
dem videantur auctoritatis cuius eſt lex ſcripta: vt. §. ex nõ ſcri
pto. inſti. de iure na. ⁊. ff. de le. de quibus: qua ergo ratione ſi
obligatio per legem inducitur: nec eſt cautum quo gener̃ actio
nis agatur. agitur condictione ex. l. vt. ff. de condi. ex. l. l. i. ⁊ de
adul. l. ſi poſtulauerit. §. finali cum. l. ſe. eadem ratione que in
ducitur per mores in feudi conſuetudine agitur condictiõe ex
moribus: ⁊ ita vr̃: lꝫ breuiter determinatum eſſe de capi. q cu.
ven. c. vlti. col. x.

Conſi. xlviiij.

## N chriſti nomine amē.

i Thema q̄ōnis ſuper qua petitur conſilium tale
eſt Biblioctus ⁊ Hugolinus quondā Abaden
gi ⁊ ſaciolus eoruꝫ nepos natus ex Fanabocio
eoꝝ fratre premortuo hēbat cōīa ⁊ cōiter poſſidebant domos
⁊ caſamenta cum turri ⁊ palatijs in ciuitate Peruſina inter
qua erat vnum palatium altum ⁊ quoddam aliud caſamētū
cum turri ⁊ clauſtro ꝓut confinatur ⁊ declaratur in actis: tan
dem predictus Bilioctus non habēs filium maſculum dona
uit predicto Vgoli. fratri ⁊ ſaziolo nepoti medietatem ſue par
tis de domibus ⁊ caſamentis ⁊ cum eorum que ⁊ quaſdā cōe
habebant in ciuitate Peruſina ⁊ medietatem bonoꝝ ſuorum
ſtabilium recipientibus pro eis ⁊ ipſoꝝ ſeu alterius eorum fi
lijs maſculis legitimis: ita ꝙ ſemper totum ius in eos ⁊ in ip
ſos filios legitimos q̄ ipſi Bil. ſuperuiuerent remaneret ſi idē
Bi. ſine filio maſculo legitimo ex ſe nato premoreretur eis vł
alteri eoꝝ aut filijs maſculis ipſorum vel alijs eorum exiſtenti
bus tempore mortis eius reſeruatis ipſi. B. habita ratione ⁊
vſuſf. rerum donatarum in vita ſua. Item conſtituit ſe res do
natas pro eis ⁊ eorum nomine poſſidere. vt videbit conſultor
publico inſtrumento manu Franciſci Symon. notarij. Po
ſtea vero deceſſit predictus Hugolinus relictis ex ſe Gigio
⁊ Ang. filijs ⁊ heredibus ſuis tandem predictus Bi. ⁊ Sazio
lus ⁊ filij Hugol. venerunt ad diuiſionem domoꝝ ⁊ caſamen
torum predictorum in qua diuiſione obuenit dicto Bil. ī par
tem predictuꝫ palatiū ꝓ tertia parte pro diuiſo. Predictis vo
Saziolo ⁊ filijs Hugo. venit in partem aliud caſamentū cum
domibus turri ⁊ clauſtro. In qua diuiſiōe fuit vtera parti re
ſeruatum expreſſe oē ius cōpetēs ⁊ ꝯpetiturum ex ꝯtibus ma
nu. S. dicti. F. notarij qui ſcripſit inſtrumentum dicte donatio
nis. ❡ Poſtea vero deceſſit Bil. filio maſculo non relicto ⁊
ſic extitit cōdictio predicte donationi adiecta ⁊ ſic efficax ⁊ ita
reſolubilis facta eſt donatio. Et eidem Bil. ſucceſſit domina
Ymiglia filia ſua. Poſt hoc vero predictus Saziolus nomine
ſuo ꝑ ſe ſeparatim ⁊ predictus Gigius ⁊ Ange. filij Hugol.
per ſe egerunt contra dictā dn̄am Ymigliam ⁊ q2 dictus An
ge. minor eſt egit pro eo Bernardolus ſteph. curator ipſius cu
ratorio noīe ⁊ pro medietate tertie partis quā ꝑdictus Bil. ha
buit iure ſuo ex perſona ſua in dicto palatio alto q̄ꝺ ſibi venit
in partem egerunt rei ven. petēdo dictus Saziolus quartā ptē
ex iure ⁊ dominio eis acq̄ſito ex predicta donatione ⁊ traditio
ne ſecuta. Item pro tertia parte quā habuerunt in diuiſione ꝑ
dicta ex iure ⁊ perſona dicti. B. in caſamento turri ⁊ clauſtro
q̄ꝺ eis obuenit in partem q2 mortuo dicto Bin. ſine filio ma
ſculo ⁊ ſic exiſtente ꝯdictione dicte donationis ceperunt medie
tatem dicte tertie partis habere ex iure ⁊ cauſa donatiōis ꝑdcē
⁊ ſic deſierunt ex cā diuiſionis habere tanq̄ ab hereditate Bi.
pro ſuo intereſſe ⁊ eſtimatione dicte medietatis certaꝫ pecunie
quantitatem vt ex forma petitionum apparet ſuper quibꝰ peti
tionibus fuit ſolēniter lis cōteſtata ⁊ in cauſis proceſſuꝫ ⁊ pro
bationes facte ita ꝙ reſtat ſola ſn̄ia proferenda: vnde queritur
que dictarum partium foueat iuſtam cauſaꝫ. ❡ Et ꝙ ps acto
ris foueat iuſtam cauſam ⁊ pro eis ſit ferenda ſententia poteſt
manifeſte de iure probari. ❡ Primo q2 vbicūq3 ceſſat ratio
legis ceſſat ⁊ lex vt. ff. de iur. pa. l. adigere. §. q̄uis ⁊ de re mili. l.
milites circa prin. Sed eo caſu pactuꝫ de quo in propoſito agi
tur ⁊ probatur ꝙ vigore predicti pacti heredem ſibi efficere cu
piebat vt. C. de pac. l. licet ⁊ ibi no. quaſi per ipſum pactū videa
tur adimi teſtandi facultas: cum ergo in queſtione premiſſa in
tenderet aliquid titulo donationis cōferre non aūt heredem ſi
bi efficere: ſequitur ꝙ pactum de iure valeat cā probationis ceſ
ſante. ❡ Preterea certuꝫ eſt ꝙ donatio poteſt fieri pure ⁊ ſub
cōdictione reſolui vt. ff. de dona. l. i. Siue ergo ponamꝰ dōatō
nem de qua agiť cōdictionalē eſſe ꝯſtat effectū hēꝛe q2 ꝯdictio ex
titerit ſiue ponamꝰ purā ⁊ ſub cōdictiōe reſoluēdam ſimiliter
habet effectum: q2 condictio reſolutionis deficit. ❡ Preterea
donatiōes q̄ inter viuos fiūt aſſimilanť venditionibus vt inſti.
ꝺ do. §. i. Cōſtat aūt vēditiones aliquādo fieri ſub ꝯditōe ⁊ ali
quādo pure ⁊ ſub ꝯditōe reſolutiua: vt. ff. ꝺ ī diē adiec. l. i. ⁊ ij. ⁊
l. vbi aūt. ⁊ de lege cor. l. i. ⁊ ij. ⁊ l. ſi fundus ⁊ exiſtente ꝯditione
efficiť irreuocabilis. Itē deficiēte ꝯditione reſolutiōis remanet
firma ⁊ efficax ⁊ irreuocabił ex quo p3 q̄ꝺ ſiue ꝑdcā dōatio dica
tur pura ⁊ ſub ꝯditione reſoluēda ſiue dicať ꝯdictionalis defi
cit ꝯditio reſolutōis: vt extitit ꝯditio ꝯfirmationem īducēs: ma
gis aūt vł inſpectis vbis cōtractus ꝙ fuerit pura ſub ꝯditiōe
reſoluēda q̄ ꝯditionalis: ⁊ iō cū conditio reſolutionis ꝺfecerit
remanet firma ⁊ irreuocabilis adeo ꝙ ex ea cā donatōis vide
tur dominium rerum donatarum in donatarios tranſlatuꝫ
⁊ hoc probatur dupłr. Primo q2 donator retinendo ſibi vſū
fru. vł rem tradere. vt. C. de do. l. quiſq3. ⁊ conſequenter dn̄iū
transferre: cum cā donationis ſit habilis ⁊ ſufficiens ad tranſ
latōem dominij. Secundo q2 conſtituit ſe pro donatarijs pre
cario poſſidere: ⁊ ideo miniſterio ſuo tranſtulit poſſeſſionem ī
eos ⁊ ꝯſequenter dn̄ium. vt. ff. de acqui poſ. l. q̄ꝺ meo in prin.
⁊ l. quarundam. ⁊ de ſolu. l. pecuniam. ❡ Preterea cōſtat do
natōem de qua agitur nō fuiſſe mortis cā. ⁊ hoc probatur du
pliciter per verba ꝯtus. ❡ Primo q2 in verbis ꝯtus caueť
ꝙ inter viuos donauit. ⁊ ideo veriſimile eſt inter ꝯhētes actuꝫ
fuiſſe illud quod verba ſignificant. vt. ff. de ver. ſi. l. nepos pro
culo. l. ſi ita ſtipu. §. griſogonus. ❡ Secūdo q2 donauit irreuo
cabiliter ⁊ pactum ꝺ non reuocando ēt mortis cā donatio eſt
exparatur q3 mortis cā donatōi ⁊ incipit eſſe donatio inter vi
uos ⁊ non poſſit ex pn̄ia reuocari: vt. ff. de do. cā mor. l. vbi ita
do. Si ergo eſt donatio inter viuos ⁊ non mortis cā: ſequitur
vt adeo irreuocabiliter teneat: quod ēt ex pn̄ia tacita vel expreſ
ſa reuocari non potuiſſet: vt. C. de iur. do. l. ii. de reuo. dōa. l. ſi
apud. ⁊ l. poſſeſſionem. ⁊ l. cum confitearis. ⁊ l. ſi donationem
⁊ l. velles. ⁊ l. donatōes. ⁊ de pactis do. l. cum maritus. §. fina.
❡ Preterea omnis lex circa dōatōem appoſita eſt ſeruanda
ex quo p3. ſ. pure donatum fuiſſe ⁊ pactum appoſitum ⁊ dona
tio effectum habeat. Sed ſi donator ſine filio maſculo ꝺceſſerit
oportebit legem p̄miſſam in donatōe ſeruari: vt. C. de do. q̄
ſub modo. l. prediorum. ❡ Preterea q̄ꝺ propoſita ꝺterminať
per glo. que eſt. C. de pac. l. pe. ⁊ incipit: ſed ipſe non pōt ⁊c. ⁊ p3
expreſſe. C. vt act. ab herede ⁊ contra here. in. l. finali. quia om
nis contractus cuius effectus poſt mortem confertur perinde
valet ac ſi in vita contrahentium effectum aſſumeret: vt ibi p3:
⁊ de bonis auc. iud. poſſiden. l. hereditarium. ❡ Preterea il
lud pactum ꝑ leges improbatur quaſi contra bonos mores cō
ceptum ꝑ q̄ꝺ libertas teſtandi adimitur: vt cum aliquem īſtituē
dum vel non inſtituendum aſtringit vel cuꝫ quis vigore pacti
debita futura ſucceſſione priuatur: vt. C. de pac. l. pactuꝫ ꝙ do
tali ⁊ l. licet ⁊ l. cū donationis ⁊ de inoffi. teſta. l. ſi quando. §. il
lud ⁊ de col. l. pactum ⁊ de inutili ſtip. l. ex eo ⁊. ff. de verbo. obl.
l. hoc modo: ꝑ pactum aūt premiſſum teſtādi poteſtas non adi
mitur: ſed titulo donationis aliud cōfert q̄ꝺ non eſt iure prohi
bitum ſed permiſſum. ❡ Preterea donatio ſi valet vbi alter
ſolus donat: multo fortius d3 valere vbi ambo cōtrahētes ad
īuicem ſibi donant quaſi vnus ad donandum moneatur pp li
beralitatem alterius ar. ff. de do. cā mor. l. ſi hij qui inuiceꝫ: ⁊ de
dona. inter virum: ⁊ vxo. l. cum hic ſta. §. ſi ambo ⁊ ad hoc con
firmandum accedit ꝙ lege cauetur ꝙ vbi ꝑ vtrāq3 partem con
trahentium dubiꝰ futurus euentus ſuſcipitur valet q̄ꝺ agitur
⁊ tamen ſi ꝑ alteram tantum partem ſuſciperetur non valeret
C. fa. her. l. ſi familie ⁊ ibi no. Sed ī ꝓpoſito etiā ſi ꝑ alteꝝ tm̄
dubiꝰ ſuſciperetur euēťus vt. ff. de dona. cā mor. l. ij. ⁊ l. ſi alie
nā: multo fortius valere d3 vbi ſuſcipitur. ❡ Preterea heres
eſſe d3 eiuſdem ꝑtātis ⁊ iuris cuius ⁊ defunctus ⁊ non maio
ris: vt. ff. de regu. iur. l. hꝛ̄dem ⁊ l. in his. §. non debeo ⁊ l. qui ī
ius: ⁊ de diuerſis ⁊ temp. preſcrip. l. cuꝫ heres ⁊ de pub. l. ſi ego
§. pp: ſed donator nihil opponere poſſet cōtra donationeꝫ nec
ꝯ promiſſionem de confeſſione faciēda: vt patet per ordinamē
ta ſiue ſtatuta cōmunis Peruſini: ergo nec heres eius debet
poſſe aliquid opponere.

❡ Conſi. l.

## N queſtione premiſſa

i Prius dicendum vł ꝙ ſeyus non teneatur
reſtituere feuda ⁊ guardias ſeu vaſallos ꝺ q̄
bus agitur. ❡ Primo q2 quod in iudicijs ſer
uatur ⁊ in arbitrijs cum arbitria ad ſimilitudinem iudicioruꝫ
ſint redacta: vt de arbi. l. i. Sed in iudicijs omnia videntur eſſe
deducta de quibus non eſt actum nominati ne veniant: vt de
iudicijs ſolemus: ergo ſi in arbitrijs oīa deducta eē videnť ſeqť
ꝙ arbitratores de ipſis iuramentis a ſeyo ⁊ vaſſallis ipſi ſeyo
ꝑſtitis pronunciare poterunt: ⁊ ſi ꝓnū. potuerūt: ergo ticio reſti
tutionem vaſallorum ⁊ guardiarum petenti obſtet exceptō: q2
que potuerunt ſpāliter exprimi: videntur in generali ſiue inde
finita que vniuerſali equipollet comprehenſa: ⁊ ideo perīde ha

beri dꝫ ac ſi ſpāliter renunciaſſent de iuramētis preſtitis ſeyo
a vaſallis ticij.ar.C.de quadrien preſcrip.l.ij.⁊ ð preſcrip.xxx.
an.l.oēs.⁊.ff.de admi.tu.l.ſi duo in fi.¶ Preterea verba exp̄ſ
ſa ⁊ in contractibus ⁊ in ſententijs ⁊ in quibuſcunqꝫ diſpoſi
tionibus ad illum intellectum referri oportet ſm̄ quem ſortiū
tur effectum:vt.ff.de vſuris.l.ſi ſtipulatus.⁊ ad muni.l.i.i fi.⁊
de car.edi.l.ꝙ labeo.⁊ de le.i.l.ſi quando.⁊ de liberis ⁊ poſthu.
gallus.§.i.Sed in pronunciatione arbitratorum excipiuntur
a reſtōne iuramenta hincinde preſtita ⁊ nulla apparꝫ preſtita
per ticium fuiſſe:ſed per ſemet tm̄:⁊ vaſallum eidem iurantes
ergo vt illa clā effectum habeat oꝫ vt de iuramentis preſtitis a
vaſallis ticij ⁊ a ſeyo appet.¶ Preterea certum eſt ſm̄ opi.
cōmūem ꝙ arbitratores pn̄t de iure vnius auferre ⁊ alteri da
re:vt notari ſolet.ff.de arb.l.ſi de meis.§.recepiſſe:per quod ar
bitratores predicti poterunt de iure ticij diminuer̄ ⁊ relinque
re penes ſeyum.¶ Preterea illud quod fit per arbitros ⁊ ar
bitratores de partium voluntate per ipſas partes fcm̄ eſſe vr̄.
ar.ꝙ cuiuſqꝫ vni.no.l.item eorum.§.ſi decuriones.⁊.C.vbi ⁊
apud quem in inte.re.po.l.fi.§.i.Cum ergo arbitratores exce
perint de reſtōne iuramentorum perīde dꝫ haberi ac ſi per ip
ſas partes fuiſſent nominatim excepta.Item ad hanc confir
matōem accedit ꝙ.l.cauetur ꝙ qui fcm̄ approbat ⁊ confirmat
facere vr̄.vt in aut.de defen.ci.§.ſed ſi dum decreto.⁊ de teſt.
tu.l.iij.⁊ de heredi.inſti.l.a ſe.⁊ de condi.inde.l.inſtitutio.⁊ ð
ver.ſi.l.lege.⁊ de reg.iur.hoc iure.§.deiec.cum ergo partes ꝓ
bauerint predictam exceptionem iuramentorum.ſequitur vt
habeatur perinde ac ſi ipſe partes iuramenta de quibus agit̄
nominatim excepiſſēt.¶ Econtra vr̄ ꝙ dictus ſeyus ad reſti
tutionem teneatur non obſtante exceptione iuramentorum.
¶ Primo qꝛ certum eſt quod illud non venit in compromiſ
ſum quantūcunqꝫ per generalia verba conceptum quod com
promittens ſibi competere ignorauit. qꝛ in generali pacto ⁊
renunciatione tacita vel expreſſa non comprehenduntur que
renuncians vel paciſcens ſibi competere ignorauit.vt.ff.ð iof.
te.mater.§.ceterum.⁊ de heredi.pe.l.legitimam.⁊ de acqui.he
redi.l.ſi is ad quem.⁊.l.claudius.¶ Sed in queſtione proponi
tur ꝙ ticius ignorauit de iuramentis preſtitis ſeyo ⁊ vaſallis
ticij ⁊ eī.⁊ in dubio ignoraſſe preſumitur ſi de ſcia non ꝓbat̄
vt.ff.de admi.tu.l.hic aūt.⁊ de proba.l.verius.⁊ qui mili. non
poſ.l.ſuper ſeruis. Si ignorauit ergo non videntur in cōpro
miſſum veniſſe:⁊ ſi non videntur veniſſe:ergo non potuerunt
de eis pronunciaſſe:vt.l.nudis.§.de officio.⁊.§.fi.ff.de arbitr.
Si non potuerunt ꝓnunciare:ergo non videntur in ſimplici
pronunciatōe excepta qꝛ ſimplex ⁊ īdefinita pronū ciatio reſtrī
gi dꝫ ad ea ſola que de iure licebant.ar.ff.de condi.inde.l.ſi pro
curator.§.celſus.⁊ que in fra.cre.l.ſi pater filio.⁊ ad muni.l.lu
cius.§.pe.⁊.C.de mune.non continuā.l.i.in fi.li.x.¶ Prete
rea certum eſt ꝙ nil venit in compromiſſum niſi de quo actuꝫ
eſt vt veniat.⁊ in hoc referta iudicio.vt.ff.de arbi.l.ſi cum di
es §.plenum.⁊ no.in prealle.l.ſolemus.Cum ergo in compro
miſſo de quo agitur non fuerit actum:nec etiam per ticium co
gitatum de iuramentis vaſallorum ticij preſtitis ſeyo: ſequit̄
ꝙ non potuerunt arbitratores ſuper ipſis pronunciare.Pre
terea compromiſſum eſt ſpēs tranſactionis:vt notari ſolet in
aut.vt diffe.iudi.§.ſi vero contigerit:ſed in tranſactōe quantū
cunqꝫ generali ea ſola videntur deducta de quibus nominatī
eſt actum:vt.C.de tranſ.ſi de certa.⁊.ff.de tranſ.l.cum aqꝗl.⁊
l.qui cum tutoribus.ergo ⁊ in compromiſſo ea ſola comprehē
duntur de quibus eſt actum:ſed de iuramentis predictis actū
non fuit:ergo de ipſis ꝓnunciare nō potuerūt:⁊ ſi nominatiꝫ
ꝓnunciaſſent:vt.ſ.probatum eſt:ergo incōueniēs eſt dicer̄ ꝙ
in dubio ꝓnūciaſſe vide ar̄ de re de qua ꝓnūciare non licuit.
¶ Preterea arbitratores pronunciant vt bonus vir vt de re
gu.iur.l.in perſonam.§.generalit:⁊ de cōtrahē.empt.l.hec ven
ditio ⁊ de operi.lib.l.ſi libertus:bonus autē vir iudex appellat̄
vt.l.continuus.§.cū ita.ff.de verbo.obliga. Sed iudex non dꝫ
ius vnius cōcedere alteri: ſed vnicuiqꝫ ſm̄ iuris precepta ius
ſuum tribuere vt in aut. iuſiur. ꝙ preſta.§.⁊ primum:⁊ de de
fen.ciui.§.iuſiurandum.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.ꝙ autē.
Sequitur ꝙ arbitratores non potuerunt de iure ticij aliqd relī
quere penes ſeyum etiā ſuper hoc nominatim pronunciando.
¶ Mihi autem Dy.de mucello videtur ꝙ dictus ſeyus teneat̄
ticio ſupradicto:ad reſtitutionē vaſallorum ſeu feudoꝝ ⁊ guar
diaꝝ:de quibus.ſ.proponitur:⁊ hoc ideo maxime qꝛ cum tici⁹
ignorauerit iuramenta predicta non videntur ī ꝯpromiſſum
deducta:⁊ ideo arbitratores non potuerūt de eis pronunciare
vt in.§.plenum ⁊.§.de officio ⁊.§.arbiter.Item qꝛ in ſnīa fue
runt excepta iuramenta preſtita hincinde ꝙ non intelligitur ī
qualibet parte cōpromittentium:vt.ff.de verbo.ſigni.l.labeo.
Sed in propoſito non agitur de iuramētis a qualibet parte cō
promittentium p̄ſtitis:⁊ ideo verba laudi excipientia iuramen
ta non vendicant ſibi locum. Dy.

Conſi.li.

Questio talis eſt. Pater fecit testamentum ⁊ extraneum heredem inſtituit filium exhereda
uit inſerta legitima cauſa exheredatiōis poſtea
fecit aliud teſtm̄ in quo heredē inſtituit aliū: tm̄
teſtamentum primum confirmauit: modo dubitatur: vtrum
exheredatio habeat effectum:vel nō: ⁊ ꝙ habeat effectum euidē
ter oſtenditur: qꝛ certum eſt ꝙ facilius conceditur bo.poſ.ſm̄
tabul.ꝙ̄ aditio de iure ciuili: ꝙ pꝫ qꝛ inſtitutus ſub cōditione
nō poteſt de iure ciuili adire pēdente cōdictione: vt de condi.⁊
demōſt.l.qui heredi.§.fi.⁊ de acq.here.is qui heres ⁊.ff.de bo.
poſ.ſm̄ tab.l.ij.§.ſub conditione:⁊.l.deinde.⁊.l.ſi ſub cōdictiōe
⁊ de bo.poſ.contratab.l.iij.§.ſi ſub ea. Sed ex eo teſtamento ī
quo filius eſt p̄teritus nō conceditur ſecūdum tab.vt.l.ij.§.expe
ctandi de bo.poſſ.ſm̄ tab.ergo nec aditio de iure ciuili:⁊ ſi non
cōceditur aditio:ergo primum nō tollitur:vt.ff.de iniuſto teſt.
l.i.⁊ ſi primum non tollitur: ſequitur ꝙ exheredatio in p̄mo
remanet cum effectu.¶ Preterea verum eſt ꝙ teſtm̄ primum
per cōfirmationem factam in ſecūdo deducitur in vim codicil
loꝝ:vt.ff.de teſta.mili.l.querebatur.Sed codicilli cōfirmati ſūt
pars teſtamenti confirmantis vt.ff.de iure do.l. quidam refer
tur.Si ſunt pars ergo exheredatus videt̄ eſſe in parte teſtam̄ti
ergo exheredatio effectum habeat:qꝛ non refert in qua parte te
ſtamenti quis ſit exheredatus:vt.ff.de here.inſti.l.i. ¶ Prete
rea confirmatio generalis aliud operatur in omnib⁹ ꝙ ſpecia
liter in omnibus:vt.C.de preſcript.xxx.an.l.omnes ⁊ ð quað.
preſcrip.l.ij.⁊ ar.ff.de adminiſt.tu.l.ſi duo.Ex quo ſequitur ꝙ
ꝑinde habetur ac ſi ſpāliter ⁊ ſingulariter exheredatio ſcripta ī
primo teſtamento cōfirmata eſſet in teſtō ſecūdo:lꝫ enīꝫ exhere
datio fieri debeat nominatim facta videtur ex quo ad illaꝫ ſcri
pturam fit relatio: que continet exheredationem nominatim
factam vt.ff.de regu.iur.l.ait pretor.§.ſi iudex ⁊.l.§.in ſumma
⁊ de verbo.ob.l.vbi autem.§.ſed qui vnum ⁊.§.qꝛ vero: ⁊ qa
nominatim fieri videtur exheredatio quocūqꝫ modo ꝑ effectuꝫ
verborum: a teſtatore prolatorum poſſeſſione apparente quo
modo quos exheredare intendit vt.ff.de libe.⁊ poſthu.l.i.ij.⁊
iij.⁊.l.ticius in prin.⁊ ar.de condi.⁊ demon.l.nominatim ⁊ ð
manu.teſta.l.nominatim. ¶ Preterea qui confirmat iam fa
ctum videtur de nouo facere vt.ff.de teſta.mili.l.tribunus.§.
fi.⁊ de falſis.l.impuberem.§.qui codicillis.⁊ de ver.ſig.l.de te
ſta.tut.l.tutor incertus.§.i.⁊ inſti.de obli.§.i.ergo ſi pater ī ſe
cundo confirmauit exheredationem in primo factam videtur
de nouo in ſecundo exheredaſſe.Et propterea exheredatio ef
fectum hꝫ.¶ Preterea ſecūdum teſtm̄ in quo filius preterit⁹
eſt nullum eſt:vt.ff.de libe.⁊ poſthu.l.inter cetera.⁊.l.pe.⁊ vlti.
⁊ de iniuſto teſta.l.i.⁊.l.poſthumum.§.ex his.⁊ de le.preſtan.
l.is qui in p̄tāte:⁊ ſi nullum:ergo ſequitur ꝙ n̄ deroget primo
⁊ cōſequenter ꝙ exheredatio in primo ſcripta habeat effectum
vt.ff.de libe.⁊ poſthu.l.ſi filius:⁊ de vulga.⁊ pup.l.ſi quis cum
⁊ vltimo. ¶ Preterea que ſcribuntur in confirmato: ſcripta
videntur in cōfirmante:vt.ff.de teſta.tu.l.teſtamento datas: ⁊
de here.inſti.l.a te.alias.A ſe ⁊ de condi.inſti.l.a ſe.⁊ de cōdi.
inſti.l.inſtitutio.⁊ de iure codicil.l.codicillorum ius.⁊ ð ꝯdi.⁊
demon.l.ſi ita ſcripſero:per quod neceſſario cōcluditur ꝙ exhe
redatio ſcripta in teſtō primo confirmato ſcripta videatur in
ſecundo confirmāte:⁊ ideo effectum habet. ¶ Ecōtra videtur
ꝙ exheredatio effectum non habeat:qꝛ conſtat per omnem po
ſterius teſtamentum:ex quo poſſibile eſt hereditatem adiri:tol
li prius:vt.ff.de iniuſto teſta.l.cum in ſecundo.Sed ex eo ꝙ fi
lius preteritus eſt poſſibile eſt adiri:vt.ff.de contratabu.l.illð
in prin.ergo tollitur prius:ergo remanet ſolum poſterius.⁊ ſi
ſolum poſterius.ergo cum in eo ſit preteritus filius pꝫ poſteri
us nullum.vt.l.maximum viciuꝫ ⁊ inſti.ð exhereda.circa p̄n.
ergo vtrunqꝫ nullum.vt pꝫ in ſimili.ff.de iniuſto teſt.l.poſthu
mi.§.ex his appet ver.ſed ſi ſtante.Et ſi vtrūqꝫ nullum. ergo
exheredatio nulla.¶ Preterea vt exheredatio teneat oportet
ex eo teſtō hr̄ditatem adiri in quo reperitur exheredatio conce

pta.vt.ff.de bo.li.l.ſi patronus.§.ex teſtamento.⁊ de ꝯtab.l.ſi
lium.§.ſed cum exheredatio.⁊ de heredi.inſti.l.ſi quis ſempro
nium.Sed cum prius per poſterius confirmatur non aditur
hereditas ex confirmato ſed ex confirmante.vt.ff.ꝺ iniuſto te.
l.poſthumus.§.i.Sed in confirmante non reperitur exhereda
tio.ergo ſequitᷣ ꝙ exheredatio nulla.¶ Preterea de teſtō con
firmato ⁊ de codicillis confirmatis non iudicatur vt ꝺ eodem
ſed vt de diuerſis.vt.ff.de iur.codi.l.quidam.§.⁊.l.conficiuntᷣ
§.ſi miles.⁊ de te.mili.l.ſi certatur.§.⁊ ſi nō compoſita.⁊ ad.l.
fal.l.ſi poſt.⁊.l.miles.§.fi.Si iudicatur vt de diuerſis.ergo nō
poteſt dici vnum eſſe partem alterius.Per quod apparet ꝙ
cum teſtm̄ prius in poſterius confirmatum per confirmatōeꝫ
deducitur in vires codicillorum:vt dcm̄ eſt ſuperius non pōt
dici exheredatio eſt in ipſo confirmato ſcriptaꝫ eſſe ī ſecūdo cō
firmante:⁊ ideo non pōt dici eam habere effectum.¶ Prete
rea principale non pōt ab eo ſumere vires qꝺ ex eo pendetᷣ.vt
l.ex pupillari.⁊ de vulgari ⁊ pupilla.ſubſti.l.quod per manus
de codicillorum.ſed confirmatum pendet ex confirmante.vt
d.l.poſthu.§.fi.⁊ ad treb.l.ſi quis priore:ergo non eſt poſſibile
ꝙ ex confirmato vires aſſumat:⁊ ſi aſſumit vires:ergo reperitᷣ
ſine exheredatione ⁊ propterea inutile quātum ad oīa:vt dcm̄
eſt.¶ Preterea confirmatio teſtamenti prioris facti in poſte
riori operatur ꝙ valeat prius iure codicilloꝝ:vt innuitur in.d.l.
poſthu.in fi.⁊ pꝫ in.l.querebatur de teſta.mil.Sed in codicillis
non poteſt exheredatio fieri vt inſti.de codicillis.§.fi.ergo relin
quitur ꝙ exheredatio ſit inutilis.¶ Preterea facilius proceꝺ ⁊
confirmatur inſtōnis effectus ꝙ̄ exheredationis:vt euidenter
ꝓbatur de libe.⁊ poſthu.cum quidam ⁊.l.i.§.ex fundo de he.
inſti.⁊.l.quot.§.ſi duo ⁊.l.ſi alterius ⁊.l.lutius ⁊.l.ex facto ⁊ ꝺ
libe.⁊ poſthu.l.filio.§.fi.⁊ de iniuſto.teſt.l.antepe.cōiuncta.l.ſi
putauit.§.ſi quis emancipatum ⁊ ſe.¶ Pro euidentia ſolutō
nis ſubiciendo duo ſunt premittēda:primuꝫ eſt q: ad hoc ꝙ ꝓ
mum teſtamentum ꝑ ſecundum tollatur oportet ſecūdum ita
valere ꝙ ex eo hereditas poſſit adiri de iure ciuili adeo.ꝙ ſi ta
le eſſet qꝺ ex eo peti poſſet ſecūduꝫ tab.⁊ non de iure ciuili adi
ri qꝺ eſt in caſibus nō tollitur primum vt determinatuꝫ ē ple
ne.ff.de vulg.⁊ pup.ſubſti.l.ſi quis cum.§.fi.⁊.de iniuſto teſt.l.
cum in.ij.Et probatur ſic q: lege cauetur:q: ad hoc vt prius te
ſtm̄ tollatur ꝑ poſterius oportet poſterius tale eſſe qꝺ ex eo po
tuerit eſſe heres aliquo caſu:vt.ff.de iniuſto teſ.l.i.⁊ inſti.qui.
mo.te.infir.§.poſteriore.Sed is qui de iure pretorio ſuccedit
non eſt heres:ſed ſit loco heredis:vt inſti.de bo.poſ.§.quos au
tem:ergo idem ſequitur ꝙ ſi ex ſecūdo non poteſt adiri heredi
tas:ſed bo.poſſe.ſecūdum tab.peti:qꝺ ſecundū non tollit.Sed
ꝓ euidentia ꝓmittendum eſt ꝙ cum ꝓteritus eſt filius in ꝑtāte
cōſtitutus teſtm̄ ipſo iure eſt nullū vt ꝺ iniu.te.l.i.cū ſi.lꝫ habſti
nēdo a iure petēdi declarari nullū teſtm̄ cōfirmetur ꝺ equitate
pretoria:vt.e.ti.l.filio preterito.Si preteratur emācipatus nō
pōt dicere nullum nec iure veteri nec iure nouo:vt pꝫ in.l.gallus
§.in oībus ibi duꝫ dicit filius dūtaxat in poteſtate ⁊c.⁊ nō.C.
de lib.pre.l.vlti.in magna glo.ff.de mi.l.ſi filius:lꝫ enim ſit ſub
lata differentia emancipationis ⁊ patrie poteſtatis ꝑ auť.ꝺ he
re.ab inteſta.§.nulla vero.Verum ē in ſucceſ.ab inteſt.Sed in
iure expugnandi teſtamentum remanet etiā differentia q: ſuus
poteſt dicere nullum emācipatus vero rumpit ꝑ cōtratabu.vt
no.C.de col.emācipati.⁊ de lib.preteri.auť.ex cauſa ⁊.l.gallus
§.quid ſi tantum.Dico ergo ꝙ ſi pater qui condidit teſtamen
tum predicta forma erat miles tunc vtrunqꝫ teſtamentum iu
re directo valet.vt.l.querebatur.de teſtamen.milita.⁊ ideo ex
heredati habet effectum.Sed ſi non erat miles tunc ſecun
dum teſtamentum iure non valet de iure ciuili ſi filius erat
in poteſtate:⁊ ideo remanet primuꝫ ⁊ habet effectum exhereda
tio vt de libe.⁊ poſthu.l.ſi filius ⁊ de vulga.⁊ pup.l.ſi quis cuꝫ
§.fi.Sed ſi erat emancipatus tunc ſecūdum tꝫ ꝺ iure ciuili ⁊ ꝑt
ex eo adiri hereditas:vt de contratab.l.illud in prin.⁊ ideo tolli
tur primum per ſecūdum:⁊ ſecundum poteſt tolli per contrata
bu.⁊ conſequenter exheredatio nullum habebit effectum vt ꝓ
batur in caſu ſimili vt prealleg.l.poſt.§.ſed ſi ſtatuto de iniuſto
rup.⁊ irri.teſta. Dy.

Conſi.lij.

**Ueſtio talis eſt.** Super eo qꝺ
queritur an
q fratres ordinis milicie ſancte Marie poſſint cō
pelli ad collectas datias:⁊ preſtantias.Hoſtem
caualcatam ⁊ ſimilia.¶ Conſilium mei Dy.ta
le eſt.ſ.ꝙ ex forma dicti priuilegij dictis fratribus ꝑ apoſtoli
cam ſedem cōceſſi excuſentur ſolummodo ab his muneribus
in quibus vertitur opera perſone tantum:vel opera perſone ⁊
impendia rerum:quia hoc denotat ſignum horum:alias illo
rum verborum in priuilegio poſitorum.ſ.angariam ⁊ per an
gariā:vt no.C.de ſac.ſan.eccle.l.nemine:ſed de iure cōmuni ex
cuſantur ab omnibus exactionibus ⁊ collectis:nec poſſunt cō
pelli ad aliquid ꝑ iudices ſeculares:q: hoc videtur iure expreſ
ſum ꝙ perſone eccleſiaſtice non poſſunt cōpelli ad aliquas col
lectaꝫ per aliquas cōmunitates vel perſonas publicas:vel pri
uatas.C.de epi.⁊ cle.l.ij.ij.reſponſo ⁊ aucté.Item nulla ibi po
ſita.Sed cōſtat predictos milites eſſe perſonas eccleſiaſticas:q:
habent regulam approbatam ⁊ limitatam ⁊ perpetuam a pa
pa Vrbano conceſſam:⁊ quia profeſſionem faciunt ſicut mo
nachi ⁊ ceteri religioſi nec poſt annum habitum dicte religio
nis licet deſerere:ergo ſequitur ꝙ ad collectas aliquas vel exac
tiones alias non teneantur.¶ Et ſi obiciatur habent vxores:
non ſequitur propterea ꝙ a beneficio religiōis ⁊ perſone eccle
ſiaſtice ſint excluſi:q: ⁊ monachi quos conſtat eſſe perſonas ec
cleſiaſticas iure veteri poterant habere vxores:⁊ tamen ideo nō
ꝑdebant religionis habitum ⁊ effectum.C.de epiſ.⁊ cle.l.ſi qs
ꝓſbyter.¶ Preterea ſi predicte collecte indicerentur:deberent
indici perſonis ratione rerum ſiue ſecūdum eſtimationem reꝝ
non rebus:vt.l.repto.§.fi.ff.de mu.⁊ ho.Sed perſonas conſtat
ratione priuilegij exemptas eſſe a iure cuiuſlibet iudicis ſecula
ris:ergo conſequenter res.¶ Preterea prohibiti ſunt per re
gulam a ſede apoſtolica approbatam arma portare ⁊ guerraꝫ
facere ergo abſurdum eſſet dicere ꝙ teneantᷣ ad predicta ꝯferrᷣ
q: q prohibentur per ſe facere ꝓhibentᷣ ꝑ mediā pſonā alterius.
¶ Preterea a quo remouetᷣ genus remouetur ⁊ quelibet eius
ſpēs.ff.de fun.inſtru.l.fundi.§.fi.⁊ no.de ſer.le.poſt ꝯſangui
neos.Sꝫ exactio ē cuiuſlꝫ ſo lonis ab īitio extorſio ꝺle.iij.hōi
cō.§.ſi rē ⁊ hoc remouetᷣ a pſonis eccliaſticis:vt.d.auct.Item
nulla ergo ⁊ q̄lꝫ cuiuſqꝫ rei occaſione coacta ſolō.¶ Econtra
cū ꝯceditur genus:quelibꝫ eius ſpēs vrᷣ ꝯceſſa ꝺ.l.iij.ſi correus
ꝺ fun.iſtru.q̄ſitū.§.fi.Sꝫ his ꝯceditᷣ imunitas exactionū:ergo
euidēter pꝫ qꝺ cuiuſlibꝫ exactiōis imunitas ꝯceſſa vrᷣ.¶ Pre
terea qui ſubicit alterius iuriſditiōi ⁊ ꝓtectōi pſonam vrᷣ ⁊ res
ſuas ſubicere.C.de ſac.ſan.ec.auct.igreſſi:⁊ pꝫ iſti.de acq.ꝑ ar.
Sed pſone militū ꝓdcōrum ſunt ſubiecte eccleſie ⁊ eccleſiaſtico
iudicio:ergo ⁊ res abſurdū ē dicere ꝙ ī cā collectaꝝ capi poſſit
ꝑ iudicē ſecularē.¶ Ad id aūt qꝺ vrᷣ maxime in ꝯriū facere.ſ.
ꝙ papa ꝑꝑ formā ꝓuilegij vrᷣ limitare ⁊ reſtrīxiſſe īmunitateꝫ
eis ꝯceſſā quo ad angarias ⁊ ꝑangarias tm̄:pꝫ rn̄ſio q: ꝯceſſio
facta ad modū non debet ad eius oppōitum retorqueri.C.ꝺ ſe
cundis nup.generaliter de fide inſtrum̄.plures de le.qꝺ fauore
cū ſi.Sed priuilegiū cōceſſum eſt in eius fauorem non odium
⁊c.¶ Preterea predicti milites priuilegiū īpetrando nō videē
tur renuntiaſſe fauori iuris cōis.ff.ꝓ ſocio.l.ſi quis a ſocio cuꝫ
l.ſe.⁊ de eo qꝺ cer.lo.l.i.de re iudi.l.iiij.§.ex cōuētione.C.ꝺ no.
l.fi.como.ſi vt certo.C.ſi ꝺ me.ꝓmo.plus q: vigilātia circa vnū
eſt alterius conſeruatio.C.de his q a no.do.l.fi.de ioffi.te.l.cū
qui ⁊.l.contra maiores:vn̄ pꝫ ꝙ ex forma iuris cōis a cuiuſlꝫ
exactionibus ſunt imunes.Dy.de mu.In hac opi.fuit domi
nus Guido de Ba.

Conſilio.liij.

**Ueſtio talis eſt.** Cauetur ſta
tuto cōis ꝙ q
lꝫ poſſit ſine pena offendere bānitum ꝯdēnatuꝫ
ꝑ maleficio in.cc.lib.vrᷣ abinde.ſ.ꝯtingit ꝙ qui
dam clericus incedens ī hitu clericali ex īquiſitio
ne facta per iudicem ſecularem ſiue exactione facta ſiue denun
ciatione coram iudice ſeculari ꝯdēnatus fuit ꝑ ipm̄ iudicē ſecu
larem in.cc lib.deinde poſt ipam ꝯdēnationem adhuc icedens
in hitu clericali occiſus fuit ꝑ quēdam:dubitatᷣ mō an ille occi
ſor dēat excuſari ab homicidij pena ꝑꝑ verba ſtatuti.Et ꝙ nō
poſſit nec dēat excuſari euidēter oñditᷣ.Certū eſt eni ꝙ vba du
bia ſtatutorum reducuntᷣ ad interpretationē ⁊ intellectuꝫ iuris
cōis.ff.de decu.ab or.fac.l.fi.ꝺ mu.⁊ ho.l.vt gradatim.§.ſed ſi
lege.¶ Item pꝫ q: lex vna determinatᷣ ꝑ aliam.ff.ꝺ mu.⁊ ho.
l.repta ī prin.de le.⁊ ſe.ꝯ.l.nō eſt nouū ⁊.l.⁊ iō ⁊.l.ſed ⁊ poſte
riores:ergo ſtatutum cū ſit lex vt.l.oēs populi cum ſimilibus lex
ſūt interpretatur illum eſſe bānituꝫ ⁊ ꝯdemnatū cuius bānū
⁊ ꝯdēnatio de iure nō tenuit.ff.de pe.l.rei capitalis.§.fi.de in

inte. l. ſi qs exheredato. §. quod ſi qs de re iudi. l. iij. §. ꝯdēnatuz ¶ Item qꝛ qcqd eſt agendū. l. ita demū interpꝛetatur factuz ſi de iure ſortiaẗ effectum: ſnīa enim ita demū ḋ iure pꝛolata hẗ ſi de iure ſortiaẗ effectum ⁊ nō aliter. ff. ad turpil. l. i. §. fi. C. ſi a nō ꝯpe. iu. l. ij. ⁊. l. ſi. ⁊ ne ḋ ſta. deſun. l. ſi pater. ⁊. ff. ḋ ap. l. ex cōſenſu. §. i. ¶ Item cōditio ita demum vẗ impleta ſi de iure implcatur. ff. de cōdi. ⁊ ḋ. l. hec ꝯditio quādo di. le. ce. l. pe. Ad idē. j. de ꝯtab. l. nō putauit. §. que vis. ¶ Per que omnia pꝫ ꝙ oīa verba legis municipalis in quibꝰ cauetur ꝙ liceat impune bānitum ⁊ cōdemnatum offendere intelligenda ſunt de eo cuius bannum ⁊ ꝯdemnatio tenuit: ſed in qōne ꝓpoīta bannuz ⁊ cōdemnatio nō tenuit: qꝛ bānitus ⁊ ꝯdemnatus fuit a iudice ſeculari qui in eum iuriſditionē non habuit vt auẗ. ſtatuimus ⁊ ſic non tenuit ꝯdemnatio ip̄o iure vt in paẗ. l. i. §. fi. ff. ad turpi. ⁊. d. l. ſi quis exheredato. §. ꝙ ſi quis: ⁊ ḋ p̄ēis. l. i. §. fi. per qḋ pꝫ ꝙ verba ſtatuti ad cām pꝛopoſitum trahi non p̄ñt: ⁊ ideo relinqui opoꝛtet in diſpoſitiōe iuris cōmunis: que eſt vt homicidia puniaẗ pena. l. cornelie ḋ ſic. vt. ff. ad. l. cor. de ſic. l. i. inſtitu. de pu. iu. §. item lex corneẗ. ¶ Preterea lege cauetur ꝙ ꝯdemnatus p eum cuius ſnīa ḋbet ꝯfirmari p pꝛincipē: ante ꝯfirmationem p non ꝯdemnato hētur ⁊ in ꝯdemnato a preſide ad penā ḋpoꝛtationis: anteq̄ impatoꝛ ſnīaz affirmet ⁊ inſulā aſſignet Et idem in decurione damnato anteq̄ dānatio per impatorē ꝯfirmetur vt hec pꝫ. ff. ḋ bo. eoꝝ qui moꝛ. ſibi ꝯſci. l. ij. §. i. ibi dū dicit condemnatus nemo videri poſſit in hunc annum ⁊c. ⁊ ḋ penis. l. rei capitaẗ. §. cōſtat ⁊ qñ app. ſit. l. i. in pꝛin. ⁊ in. ij. ⁊. iij. reſpon. ⁊ de le. iij. l. i. §. hij quibus ⁊ de in integ. reſti. l. ſi quis filio. §. eius qui depoꝛtatur. i. ⁊. ij. reſpon. multo ergo minus ab eo dānatur qui ius dānare non hꝫ ⁊ cuius ſnīa confirmari ñ debuit: pꝛo non cōdemnato habendus eſt ⁊ ideo de neceſſitate verba legis municipalis que de cōdemnato īpune offendendo loquūtur ad clericū cōdemnatuz p iudicem ſecularem trahi nō poſſunt. ¶ Preterea ꝙ dictus occiſoꝛ excuſari nō debuit apte oſtendi poteſt: nam aut ipſe occiſoꝛ pꝛetendit ignoꝛantiam iuris naturalis: vt qꝛ dicat ꝙ ignoꝛabat pꝛohibitum eſſe hoīez occidi: aut pꝛetendit ignoꝛantiam iuris ciuilis: vt qꝛ dicat clericum ſe ignoꝛare non poſſe dānari a iudice ſeculari: aut pꝛetendit ignoꝛantiam facti: vt dicat eum quem occidit ignoraſſe clericum eſſe. ¶ In pꝛimo caſu certum eſt eum non debere excuſari qꝛ iuris naturalis ignoꝛantia non excuſat aliquem a pena delictoꝛum. C. de adult. l. ſi adulterium cū inceſt. §. ſtupꝛū ⁊. §. nonnūquam ⁊ no. ff. de iur. ⁊ fac. igno. l. regula in pꝛinci. ¶ In ſecūdo caſu quādo pꝛetēdit ignoꝛantiam iuris ciuilis ſimiliter non excuſatur a pena vt. ff. de fal. l. diuus in pꝛin.

¶ In tertio caſu quando pꝛetendit ignoꝛantiam facti: ſi de ignoꝛantia conſtaret foꝛte excuſaretur ar. ff. de adul. l. pe. Sed vbi conſtat de ſcientia certum eſt nullo modo excuſari debere vt pꝛealle. l. pe. in fi. ff. de adul. Qḋ autem in pꝛopoſito ſciuerit vere vel pꝛeſumptiue occiſum fuiſſe clericum ⁊ pꝛopterea non dꝫ excuſari oſtēdi poteſt pꝛimo qꝛ lege cauetur ꝙ de preteritis pꝛeſumimus de pꝛeſenti: vnde qui olim ſciuit p̄ſumitur hodie ſcire: ⁊ ideo non poteſt ignoꝛantia facti pꝛeſumptiue ſibi non pꝛetendere. ¶ Item pꝛoponitur ꝙ occiſus incedat in habitu clericali: ⁊ ideo quilibet pꝛeſumere debebat ⁊ credere eum eſſe illius cōdictionis ⁊ ſtatus cuius eum habitus indicabat: vnde ſi habitus indicat clericum debuit pꝛeſumere clericum. ff. de in ius voc. Item apud. §. ſi quis virginem. C. de inge. ma. l. pe. de ſeruis expoꝛ. l. moueoꝛ. ff. de minoꝛ. l. minoꝛ. xxv. an. adito preſide. ¶ Itez pꝛoponitur ꝙ occiſus publice putabatur: ⁊ publice īmiſcebat officijs clericalibus vnde ſi occiſoꝛ pꝛetendit ignoꝛantiam eius qḋ eſt publice notuz videtur eſſe in lata culpa. ff. de verbo. ſigni. cedere. §. fi. ⁊. l. late culpe: ⁊ de inſti. Sed ⁊ ſi pupillus. §. pꝛoſcribere: ⁊ ideo non in totum a pena homicidij excuſandus vt. ff. de ſicca. l. lege coꝛne. §. cuz quidam ⁊. l. in lege cum ergo ſciuerit vel ſcire debuerit bānum non tenere relinqtur ꝙ a pena homicidij excuſari non debeat. ¶ Item in delictis attenditur veritas maxime cum vera vel pꝛeſumptiua delinquētis eſtimatione concurrens: vt. ff. de iniuri. cum qui. §. iniuria ⁊. §. aliquis: vnde cum in pꝛopoſito interuenit veritas: qꝛ moꝛtis illatio ⁊ vera vel pꝛeſumptiua vt. ſ. pꝛobatum eſt: ſcientia inferentis moꝛtem ſequitur ꝙ occiſoꝛ non poſſit penā homicidij euitare. ¶ Unde conſilium noſtruz eſt ꝙ ſi vere ſciret clericum nullo modo penaz euitet: nec in aliquo releuetur: vt. d. l. pe. in fi. ff. de adul. ¶ Item ſi publice notum erat occiſū clericum eſſe dato ꝙ occiſoꝛ ignoꝛantiam pꝛetendat videtur eē in culpa vt. d. l. cedere. §. fi. ⁊. d. l. late: ⁊ ideo non eſt a pena homicidij eximendus: ſed in aliquo releuandus: vt in pꝛeallega. l. coꝛ. ⁊. l. in. l. Fran. Accur. Lau. Rampo. ⁊ Dy. de mucello.

¶ Explicitūt egregia conſilia perſpicaciſſimi Iu. v. Interpꝛetis. d. Dyni ḋ Mucello excerpta fideliter ab eius oꝛiginalibus: que hactenus in lucem pꝛodiere: Cognita autem fuere ⁊ viſa a Scieniſſimo iurecōſulto. d. Franciſco Aretino: vt ipſe atteſtatur ī ea impꝛeſſione que Piſis facta eſt. hec itaqꝫ Dei optimi nutu per Ulderici Scinzenzeler operā ⁊ artificium ⁊ Impēſaz Iohānis de Legnano Mediolani. Mcccclxxxvi. mēſe Iunij notata ſunt.